

DE
SUPREMA PRINCIPIS IN SILVAS
I N S P E C T I O N E
LEGIBVS PATRIIS ILLUSTRATA

COMMENTATIONEM

SCRIPSIT

ET

ILLVSTRIS IURISCONSULTORVM ORDINIS

AUCTORITATE

PRAESIDE

D. CHRIST. GOTTLLOB BIENERO

SVPR. CVR. ELECT. LIPS. ET FACVLT. IVRID. ADSESS. INST. IVR. CIV.

PROF. PVBL. ORD.

A. D. XVIII. FEBR. A. MDCCLXXXVI.

H. L. Q. O.

AD DISPVTANDVM PROPOSVIT

FRIDERICVS BENEDICTVS WEBER

LIPSIENSIS.

LIPSIAE

EX OFFICINA SOMMERIA.

Ill. diss. A
e 9, 2

Aug. 149(2)

UNIVERSITÄT
DRESDEN
BIBLIOTHEK

VERBODEN TOEGANG
TOEGANG



UNIVERSITÄT
DRESDEN
BIBLIOTHEK
VERBODEN TOEGANG
TOEGANG

DE
SVPREMA PRINCIPIS IN SILVAS INSPECTIONE
LEGIBVS PATRIIS ILLVSTRATA.

Prooemium.

Si quis infinitam et immensam illarum, quibus vita humana opus habet, necessitatum multitudinem accuratius inuestigatam perponderauerit, primum fere inter eas locum lignis concedendum esse, nullus poterit negare. Quid enim? an sine lignis vnquam vitam aliquis ducere poterit? sine lignis! — benefica illa, e qua aedificia exstruimus, cubicula a frigore defendimus, naues, suppellectilem, vasa et instrumenta condimus, per quam cibos coquimus, materia! An igitur cogitari, ne dicam inueniri vnquam possit, aliquod inter ea, quibus humanum genus occupatur, negotia, in quo pertractando lignorum vsus non tam necessarius statim eluceat, vt absque eo peragi plane nequeat, ignoro. Quo magis autem veritate ea praestant, eo minus dubium esse poterit, principi nil magis, nihil prius, nihil diligentius esse curandum, quam vt lignorum copia semper in promptu sit, et siluae, quippe e quibus solis ea hauriantur, tanquam communes reipublicae diuitiae et necessitates, non alio, quam quo reipublicae saluti optime consulatur, modo administrantur atque tractentur. Quam quidem curam si negligere et spernere princeps vellet; tum an maiori reipublicam afficere malo, an vulnere vilo perniciosiori sauciare posset, nescirem. Lignorum inopiae et caritati enim ea desidia ita viam aperuisset, vt futuris seculis summae populi sui non possent non inde

oriri miseriae. Fac enim soli cuiusvis silvarum possessoris arbitrio relictum esse, quomodo in fructibus e silvis percipiendis, et in iisdem colendis atque conseruandis se gerere velit; plerosque profecto, ea, quam hominum animis insitam dolemus, lucrandi cupidine ductos, omnia, quae ipsis solis maximam afferre posse videantur vtilitatem, statim facturos et suscepturos esse videbis, etiamsi reipublicae sint perniciosissima. Quodsi igitur maiores atque lautiores e silvis in agros mutatis reditus sperare sese posse intellexerint, silvis deletis et extirpatis, agros colent; si cui maioris pretii quam patriae vendere ligna possint, locum norint extra patriae fines situm, eo ligna sua vendituri vehent; nil curantes vtrum patria eorum inopia laboret, nec ne; non respicientes ad ingentem, quae patriae inde imminet calamitatem, suae solummodo vtilitati quouismodo curandae et augendae intenti. Duorum vel trium, qui pessima illa silvarum administratione seu potius vastatione ad amplissimas forte diuitias peruenerint, exemplis excitati alii eadem mirabundi sequentur; vt ne vectigalia quidem lignis exportandis imposita malum impedire, et calamitatem a patria auertere queant. Quocumque igitur oculos verteris, silvis excidendis occupatos homines inueneris; plaustrorum lignis oneratorum immensam multitudinem ad fines properare videris. Extemplo vero, quam turpiter errauerint, quam imprudenter se gesserint, intelligunt; paucissima, quae supersunt ligna, non sufficere vident; deficere potius ligna opificiorum et fabricarum praestantissimarum diligentiae, deficere focerum domesticorum necessitati, deficere domiciliorum exstruendorum materiae, deficere commercii florentissimi exercitio moerent; immenso pretio a vicinis emere atque e remotioribus terris magna impensa aduehere coactos se queruntur, quae modo multo minore

pretio vendiderant, ligna. Iam quidem, at serius experrecta et excitata principis cura et inspectio, quomodo ingenti, qua terrae suae premuntur, miseriae mederi possit, anxie pensitabit; at post multa demum saecula rursus, quo antea fulserat respublica ita diruta, flore eam splendere; rediisse pristinae felicitatis diuitias, fera modo poterit laetari posteritas. Tot tantorumque, lignorum inopia fons est et mater malorum!

Quum igitur de suprema principis in filuas inspectione, quae ab hisce malis rempublicam tueri debeat, exponere constituerim; utique rem maximi momenti, latissimique ambitus pertractandam me suscepisse intelligo. Atque hac ipsa materiae explicandae amplitudine, et virium mearum tenuitate, a persequendo hoc proposito me auocari fere passus fuisset; nisi partim singularis, quam ex omni in huiusce generis rebus occupatione percipere soleo voluptatis cupido; partim iucundae spei fore, ut nimis arduum aliquid viresque exsuperans ausum, ipsa iuuenilis animi audacia excuset, illecebrae, reuocato mihi ut proposito stare, persuasissent.

Ipsa vero instituti ratio haec est. Cuncta quae de suprema principis in filuas inspectione dicenda habeo, tribus capitibus bene comprehendendi posse puto. Et ita factum. Quae nempe in primo capite e iure publico vniuersali deducta et vindicata est principis in filuas inspiciendi potestas; eam interiecto, — quo rectius intelligatur, de filuarum in Germania dominio, — secundo capite; tertium e iure publico germanico proponit, iuraque ipsa ex ea oriunda, i. e. totam ipsius indolem breuiter pertractat, legibus patriis illustrationi et applicationi egregie inferuentibus, passim allatis.

Iam ad rem ipsam accedo.

CAPVT I.

*Quo ius et simul officium principis inspiciendi in siluarum
administrationem vsunque, e iure publico vniuersali
deducitur.*

§. I.

Quemadmodum omnino cuiusuis, qui de re aliqua sermonem instituere conatur, erit; vt ante omnia, quid ea res sit, quid sibi velit, exponat; ita et nos, quin eo officio carere iam haud possimus, non dubitantes, ipsam rei nostrae, i. e. supremae in siluas inspectionis pertractationem cum definitione ipsius inchoare constituimus. Iam vero cum *suprema inspectio vniuersalis* ¹⁾ ita explanari posse videatur: *vt sit ius principis curandi et efficiendi vt omnia in republica, quantum fieri possit, in salutem eiusdem vertantur et gerantur, et supremam in silvas inspectionem interpretari poteris, esse ius cu-*

1) Nescio, an praemonendum mihi sit, me hic supremam inspectionem vniuersalem, eo, qui sensus eiusdem sit latissimus, sumfisse, strictior enim inesse videtur ei, quam Illustr. PÜTTERVS in *Instit. iur. publ. germ. ex edit. V. §. 216.* proposuit, definitioni iuris supremae inspectionis, si dicit „esse ius, vi cuius quicquid in ciuitate contineatur, quoties e rationibus salutis publicae id necessarium vel vtile ducatur, vi supremae potestatis vt inspiciatur, tur exigi possit.“ Idem sibi velle videtur, ea quam SCHEIDEMANTEL in libellulo: *Die Oberaufsicht*

in der Staatsverfassung Iena 1783. §. p. 9. exhibet eiusdem iuris definitio. Forfan vero adeo erit, cui nimis stricta esse, ideoque rem totam non ita vti debeat complecti videatur vtriusque definitionis significatio; praesertim, vbi eum, cui munus in rei alicuius vsum et administrationem inspiciendi demandatum fuerit, non solum in conditionem eius rei interdum inquirere, sed quae ad eandem emendandam pertineant, praecipere, quae vero eam corrumpant iure suo vetare posse et debere peruiderit.

randi et efficiendi, vt siluae omnes nonnisi eo modo, quem salus publica postulet, administrentur, vsusque earum ita temperetur, vt ne quid detrimenti inde aliquando ad rempublicam redundet, ²⁾ verbo, ius totam rem forestalem in salutem reipublicae gubernandi.

§. 2.

Illam vero seu supremam inspectionem in republica vniuersalem politiae vniuersalis; hanc vero seu supremam in siluas inspectionem politiae forestalis procreatricem esse, haud difficile erit ad intelligendum. Quae enim illa instituerit et praeceperit, ea politiam vniuersalem, ³⁾ quae haec, ea forestalem efficient atque continebunt.

2) Vtius profecto principis ius extendi nequibit, vti per se patet. Si nempe princeps vi eiusdem iuris sine omni necessitate, nec salute publica vllatenus exigente, dominium siluarum singulis competens restringere atque extenuare conaretur, omnino, libertatem domini priuati iniuste laederet, nec reipublicae saluti prodesset, sed potius maxime eidem noceret; quae quantopere a fine ciuitatis abhorreant, quilibet, vel me non monente, facile intelliget.

3) Liceat mihi ad virorum doctissimorum, a quibus quae politiae subiectae sunt definitiones, eas idem sibi velle eodemque redire putaverim, auctoritatem provocare. Sic eg. PÜTTERVS l. c. §. 331. sub politia intelligit instituta ea, quibus futura mala in statu reip. interno in commune

metuenda auertantur. IVSTI von Natur und Wesen der Staaten ex edit. SCHEIDEMANTELI p. 581. „Eum esse, ait, politiae sensum latissimum, „vbi sub ea intelligatur complexus „legum et institutorum publicorum, „quae bonis communibus et viribus „reipublicae internis augendis, saluti- „que publicae accomodandis inferui- „ant. Nec non HEYDENREICH- VS Grundsätze des natürlichen Staats- rechts, Leipzig 1795. 8. Tb. II. p. 51. „52. politiam, inquit contineri institu- „tis, quibus impedimentis iis, quae quo „minus finem reipublicae praefixum „consequantur homines prohibeant, „obuiam eatur. Politiam ergo ipsam „semper complexum institutorum et „legum quarundam esse, omnes con- cedunt. Supremam vero illam, e qua politia oritur, et constituitur, in-

§. 3.

Atque sic ex illa ipsa supremæ istius, qua in siluas utitur princeps, inspectionis definitione, ius et officium eandem exercendi iure publico vniuersali sine magnis difficultatibus deducta principi vindicari posse, iam apparuerit.

§. 4.

Quum autem veritatem et iustitiam alicuius rei e iure publico vniuersali demonstrare conantes id præcipue adiuuet, et singulari quasi auctoritate firmet, vt eandem in ipso ciuitatum sine fundamentum habere ostendant; etiam inprimis eius, de quo sermo est, iuris originem ex eodem illo fonte deducere, neque inutile, neque ineptum esse arbitramur. Neque tantum illum, quæ de fine ciuitatum certiori leguntur et audiuntur sententiarum cumulum impedimento hic nobis obstiturum esse veremur. Quæcunque enim earum sententiarum celeberrimis iuris publici doctoribus maxime et præ ceteris probetur; quicumque ille finis vere sit, siue in felicitatis studio, vt inprimis IUSTIO ⁴⁾, PFEIFFERO ⁵⁾ BOEHMERO ⁶⁾ aliis; siue in iurum a natura tributorum securitatis custodia, vt plerisque præcipue SCHMALZIO ⁷⁾ et HEYDENREICHIO; ⁸⁾ siue denique in perficiendæ naturæ humanæ cura, vt HUFELANDO ⁹⁾ ponendus placuerit,

speciem recte etiam ius politiae (se. instituendæ) vocares, ita vt accurate distinguendum sit inter politiam ipsam et ius politiae, ne causam et effectum confundere videaris.

4) *Natur und Wesen der Staaten*, p. 61. sq.

5) *Grundsätze der Vniuersalcammernwissenschaft*, Tb. 1. p. 33. sq.

6) *Introd. in ius publ. vniuersale*, lib. I. Cap. 3. §. 4.

7) *Natürliches Staatsrecht*, §. 174. 81.

8) *Grundsätze des natürl. Staatsrechts*, Tb. I. p. 56. sq.

9) *Lehrsätze des Naturrechts* §. 371. sq.

semper tamen, vt ius principis inspiciendi in bonorum immobilium omnino omnium, et inprimis filuarum administrationem; curandique vt nonnisi in vtilitatem ipsius reipublicae ea geratur; ex ipso deriuemus permittet. Quod quo clarius elucere possit, iam tum e felicitate, tum e securitate, tum denique e perfectione, — singula quauis vt sine ciuitatum considerata, ius illud deducere constituimus.

§. 5.

Primum ergo ideo ad ciuitates condendas se congregasse homines, vt iura quibus e naturae beneficio gauderent, securi semper exercere possent, assumamus. Inter iura supremae potestatis, quippe propterea modo, vt omnia, quorum ope finem suum respublica optime consequi possit, sapienter instituat, constitutae; — vel tum priorem locum occupare, praecipua sanctitate pollere ius actiones subditorum in vtilitatem finis, quem ciuitas intenderit, he. hl. securitatis definiendi, atque moderandi, — omnes omnino concedunt atque ipsum illud ius *superioritatem politicam* vocant. Securitati vero confirmandae eam dicunt primum immediate prospicere, hic in hominum malitia vel extirpanda, certe minuenda; vel facillime et citissime detegenda; — illic in naturae perniciosioris calamitatibus vel auertendis vel compensandis elaborantem; dein vero et mediate quantum possit, securissimos reddere subditos, — omnia ea, — quibus defendere atque tueri salutem respublica suam possit, emolumenta atque subsidia, — quae quidem tum hominum viribus, tum territorii fundis contineantur, — aucta et amplificata emendantem atque erigentem. Emendare vero et erigere ea subsidia quomodo poterit haec superioritas politica, nisi ipsi inspiciere liceret, in fundorum eorum inprimis, quos contineat territorium, ad quos omnino siluae et foresta maxime

referenda sunt, culturam atque administrationem? hoc est nisi, ne ii ipsi pro lubitu a quouis sed secundum certas regulas et normam certam administrantur, curare liceret? Nonne ergo omnino superioritatis illius politicae praecipua pars erit ea, quae in arbitrio, quo ciues in bonis suis administrandis utantur, ita regendo versatur, ut reipublicae saluti bene consulatur? ut ita non modo a calamitatibus et miseriis exortis liberetur respublica, sed etiam oriturae praecaveantur? Qualem et quantam vero miseriam progignant necesse est lignorum caritas et inopia, necessario e neglecta principis in siluarum administrationem inspectione metuendae!

§. 6.

Ad perfectionis naturae humanae gradus non modo conseruandos, sed extollendos alii ciuitates formatas esse contendunt. Si eorum quibus et hi imperantis maiestatem adornant iurium indicem perspexeris; item tam illud repereris ius, quod circa ea, quae ad conseruanda reipublicae singulorumque bona necessaria sunt, instituenda versatur; quum id, quod omnino in subditorum actionibus ita dirigendis occupatur, ut omne, quod ipsarum cura neglecta ex iis enasci possit periculum, vel nondum natum exstinguatur. Vsum ergo et administrationem rei cuiusuis certis modis in salutem reipublicae accuratius definire posse Imperantem, diei luce clarius inde patescit. Neque minus perspicuum apparere arbitramur hoc, quod, his omnibus ad nostram rem adhibitis, praecipuam eius iuris, quo princeps ad inspiciendum in bonorum praecipuis immobilium omnium, administrationem et vsum, haecque in salutem reipublicae determinanda utitur, partem constituat principis in siluas et foresta territorii inspectio. Inter bona enim ciuitatis aequae ac priuatorum, siluas nisi primum

certe tamen huic proximum locum tenere, nemo, praesertim ubi animum adiecerit ad lignorum, quam nostri temporis fatum metuit, inopiam, negabit.

§. 7.

Sunt porro, qui utroque, cuius hactenus mentionem fecimus civitatum sine reiecto, salutis atque felicitatis publicae et communis fruendae et promouendae in cura praecipuam metam conspiciant, quam homines, societates civiles ineundo legibusque civilibus sese subiiciendo, spectauerint. Felicitatem publicam vero, i. e. eam quae civitatem totam singulaque eius membra attingat, tribus quidem quasi partibus contineri opinantur; prima, libertate, altera, securitate, tertia, interni roboris atque potentiae, qua respublica pollere debeat, flore et magnitudine. Posteriores hanc, (prioribus enim hic nos non tangunt,) niti dicunt partim populi frequentia et multitudine, partim bonorum omnis generis, rerumque ad vitae necessitates pertinentium copia et abundantia. Quem quidem finem, ita pergunt, quo tutiores et certiores consequi possent ii, qui civitatem formassent; ipsorum, uti singulorum voluntatem, viriumque quantitatem in unam quasi vim et voluntatem, cui supremae potestatis seu Imperantis nomen attribuerent, contulere; atque eandem iurium omnium, quibus ad promouendum illum finem, i. e. felicitatem illam comparandam opus esse vidissent, quantacunque summa armarunt, atque exornarunt; eaque ut optime nullo non tempore uti studeat, ipsi praecepere. Inter ea vero iura nullo modo desiderari posse atque deesse ius efficiendi et curandi ne ex bonorum immobilium, ergoque et silvarum, quippe quae tanti sint, uti supra explicauimus in republica, momenti, usu et administratione, felicitati publicae, — fini

ciuitatis, — imprimis vero ei quae interno robore constat, ipsius parti vllum possit enasci periculum damnumue; id iam latius hic exponere vtique taedet.

§ 8.

Quemcunque ergo finem ciuitatum assumere placuerit, profecto ex quouis ius principis in siluas atque foresta territorii inspiciendi h. e. ius totam rem forestalem in salutem reipublicae gubernandi, deduci atque deriuari posse, rebus iam vicisse videmur necessariis. Ex quouis enim ius aliquod principi profluere debere vidimus, vi cuius ciuium actiones qualescunque fere, praecipue autem eas quae in administrando et exercendo rerum bonorumque omnis generis maxime vero immobilium dominio versantur, ita moderari et restringere possit, vt salutem reipublicae vlllo modo reuera postulare appareat. Cum vero ad primordia et fundamentum salutis publicae necessario pertineat, vt largissima, certe sufficiens omnium vitae humanae necessitatum, quippe sine quibus nec viuere homines, nec ergo ciuitates existere possint, copia semper in promptu sit; sequitur vt praecipue fontium, e quibus illae hauriantur, siue priuatorum siue reipublicae ipsius in dominio sint, vsum et administrationem ita definire et circumscribere principi licere debeat, ne vnquam earum rerum caritas et inopia, — summum reipublicae malum, — oriri possit. Haec omnia vero facile ad ligna et siluas adhiberi posse per se patet.

§ 9.

Quae vero ita, vt ex ipso ciuitatum quicumque ille sit, sine ius principis istud, de quo sermo est, deriuare possimus, lucrati sumus commoda, ea profecto nec pauca nec vilia reperientur. Nam primum argumenta quam certissima inde collegimus; quibus eorum, qui, ne

eodem illo iure principis in filuas inspiciendi, nimis et iniustius semper restringatur atque imminuatur possessorum dominium, vereatur, oppositiones refellamus. Iam enim principem libertatis, qua singuli in ciuitate gaudeant, iura ad finem reipublicae consequendum restringentem, non modo non iniuria, sed summo adeo iure agere respondere poterimus. Iure enim summi, quod ipsi solummodo ad finem reipublicae certius et securius attingendum, demandatum est imperii, princeps ita se gerit; nec ergo de iniustitia ipsius conqueri ciues poterunt; quoniam, si semel principi se subiecerunt, arbitrio etiam agendi, iuribusque inde pendentibus eatenus renuntiarunt, quatenus imperans proficuum reipublicae et fini eius consentaneum iudicauerit, eadem illa restringere. Atque omnino ergo quisque ciuis obligatus esse debet, ad salutem reipublicae pro virili promovendam et augendam, certe ad omittendas actiones omnes, e quibus ciuitati periculum generari possit. Quantum vero ex arbitrario ideoque plerumque fere imprudenti atque peruerso siluarum vsu et administratione enasci possit calamitatis, prooemium disputationi praemissum docuerit.

§. 10.

Deinde eadem illa iuris nostri ex fine ciuitatis deductione id effecisse videmur, vt latiori explanatione officii, quo princeps, vt accurata diligentia optima atque saluti publicae conuenientissimae tam bonorum immobilium cunctorum, priuatorum et publicorum, quam praecipue siluarum administratione vsuique prudens prospiciat, obligetur, optimo iure supersedere possimus. Etenim si quis longinquis verborum ambagibus magnisque impensis deducere quasi et enucleare studuerit, esse principis, omnia ea curare et perficere, quae fini reipublicae consequendo inseruiant, ergoque iuribus suis huc perti-

mentibus reuera et bene vti; ei sane, ne forte inutile quid suscepisse videatur, verendum erit. Profecto enim nil aliud demonstrasset, quam principi incumbere obligationem, vt fini ¹⁰⁾ ob quem iura supremæ potestatis quæque omnia in ipsum translata fuerint, satisficiat, quod demonstrare opus minime fuisset, cum in hac certe re omnes vno ore consentiant. ¹¹⁾

§. 11.

Porro si supremam principis in filuas inspectionem inter iura e fine reipublicæ ipso principi vindicanda esse probarimus; necessario etiam apparebit, ideoque latius explicandum minime erit, eidem supremæ principis inspectioni omnes et cunctas filuas, quibus confitum reperiatur territorium, siue in reipublicæ ipsius, ¹²⁾ siue in priuatorum dominio versentur subesse, ex eaque regi et administrari debere; nec ergo illas, et præcipue quas princeps tanquam priuatus possideat, ¹³⁾ ipsi subduci posse; præcipue cum semper fere amplitudine atque magnitudine reliquis longe antecellant. Omnes enim res, quæ ad ciuitatis salutem vi aliqua valere possint, ad eandem promouendam et augendam, certe non ad ipsam debilitandam et minuendam adhibendas esse, iam per se patet; et quis quaeso ferret contradictionem, minus quidem saluti reipublicæ inseruire debere

10) Is enim ipso in eo consistit, vt princeps curet et efficiat, vt finis ciuitatis facilius et certius attingatur.

11) *IUSTI von Natur und Wesen der Staaten*, p. 61. BOEHMER *l. c.* *Lib. I. cap. 14. §. 5.* Hufeland *Naturrecht*, §. 378. *sq.*

12) Intelligi hic volo eas, quas princeps, qua talis possidet, a reipublica ipsi quasi assignatas, et tributas

13) i. e. eas, quæ ad bona scatullæ pertinent.

maius vero eiusdem generis eidem repugnare, inque eiusdem perniciem verti posse?

§. 12.

Vindicatis igitur et deductis sic e iure publico vniuersali principis iure et officio inspiciendi in filuas territorii; iam quomodo eadem suprema inspectio e iure publico germanico se habeat, et quae iura singula ipsi annexa inueniantur, qui sit eius ambitus, qui fines, in vniuersum quae sit tota eius natura et indoles, inuestigandum atque exponendum nobis erit. Quae quo facilius, clarius et certius tractari possint, et quo rectius intelligantur; ante omnia de dominio siluarum in territoriis Germaniae, iuribusque inde pendentibus quaedam interferere liceat.

CAPVT II.

De dominio siluarum in territoriis Germaniae, iuribusque inde pendentibus.

§. 13.

Quamquam ingens sit atque immensum, quod inter siluarum germanicarum hodiernam maciem, indeque oriundam earum grauitatem; — et veterem amplitudinem ¹⁴⁾ atque vilitatem ex ea secu-

¹⁴⁾ cf. modo quae de ea re habent CAESAR in *Comment. de bello gall. lib. 6. cap. 25.* et PLINIUS *hist. nat. lib. 16. c. 2.* Quantopere autem siluae hodiernae a veteribus, redditibus differant, vno modo exemplo liceat illu-

strare, nempe siluarum Harzgerodensium, quarum quidem redditus principi Bernburgensi ante centum forte annos summam 6000 Thalerorum Ioa-chim. comparasse, nunc vero (a. 1765.) 70 eorundem numorum millia redde-

tam, stupemus discrimen; semper tamen hodiernis aequae ac antiquis temporibus silvas uti alia bona immobilia aequali privatorum ita uti principum in dominio fuisse et vel nunc esse reperimus. Singuli enim et privati iam inter veteres gentes germanicas eodem modo quo Reges seu Duces, silvas quas possidebant, utebantur et fruebantur. ¹⁵⁾ Si nempe gens aliqua tractum terrae quendam occupauerat, inter alia et silvae in distributionem veniebant. ¹⁶⁾ Pars ergo earum alia dominio privatorum, partim singulorum, partim corporum et universitatum cedebat; alia et quidem maior principis s. Regis, qualis, seu potius reipublicae dominio addicebatur; ut cuius de sua parte pro lubitu disponere liceret. Iura ergo principi in silvis suis competentia, nec privatis in ipsorum forestis denegabantur. Licet in agros silvam propriam mutare; licebat omnes, qui inde provenire possent, fructus percipere. Quae vero a nemine revera sic occupatae fuerant silvae; eae uti et solitudines, montes, aliaeque terrae partes nullius dominio revera et speciatim comprehensae, in dominio gentis publico et privato constitutae esse censebantur; neque, uti tamen STRUVENIUS ¹⁷⁾ vult, rebus nullius accensebantur; sed rex capite gentis in utilitatem reipublicae de ipsis disponens, easdem, si quis ad culturam ipsas redigere vellet, tradebant ei iure et titulo apudionis; qui titulus, quod ius iam possidente omnia ea, quibus alii fundorum possessores in his ipsis gaudebant, iura utique compararet.

re narrat IVSTI *System des Finanzwesens* p. 225. quam summam vero nostris temporibus novissimis usque ad 130000 thaleros crevisse testatur FRANZIVS in libello: *Beantwortung der Frage wie dem Holzmangel vorzubeu-*

gen sey, Leipzig 1795. p. 3.

15) SCHMIDTS *Geschichte der Deutschen*, Tb. III. p. 213. 14.

16) cf. Praesidis *Illustr. liber de natura et indole domini in territoriis Germaniae* p. 83.

§. 14.

Hodierno vero tempore omnino silvas dominio privatorum non exemptas, eidem potius subesse omnes juris germanici doctores docent¹⁸⁾. Vnde profecto optime MOSEBUS¹⁹⁾ gravissimi aequae ac manifesti erroris eos accusat, qui omnes quasuis arbores cum solo cui insitae sint, fructibusque quos producant omnibus, ex regula ad principem solum pertinere putent. Nempe plane repugnare communi totius Germaniae observantiae ejusmodi opinionem recte contendit; silvasque potius uti alias terrae partes nullo non tempore inter subditos et principes divisas quasi fuisse, putat. Et ita res se habet. Quaecunque enim adspexeris Germaniae territoria, utique in quovis silvas et foresta nunc ampliora, nunc minora cleri, nobilitatis, urbium, pagorum, atque in univ-
ersum privatorum in dominio semper fuisse, et vel nunc esse inveneris.

§. 15.

Quemadmodum vero vel secundum juris germanici principia ea est, et esse debet domini in univ-
ersum natura, et indoles, ut constet juribus duobus principalibus, altero, jure de substantia rei in domino versantis disponendi, altero, jure fructus, quos villo modo ea progignat percipiendi, ipsaque omnino vtendi; ita nec silvarum

17) *Rechtl. Bedenken Vol. I. p. 126. Bed. 51. porro de Orig. nobil. germ. sect. 2. cap. 3. §. 3.* Idem, cum pro rebus nullius foresta non dum occupata olim habitae esse ducat, eadem vel absque regis decreto et venia, in agros mutari potuisse contendit, quippe quod reip. tunc vtilissimum fuerit.

18) PIETSCH *Forst und Jagdrecht*, §. 39. SELCHOW *Elem. iur. germ. priv. Edit. VII. §. 166.* RVNDE *Grundsätze des allgemeinen deutschen Privatrechts*, §. 139. sq.

19) *Von der Landeshoheit in Ansehung Erde und Wassers*, §. 32. p. 66.

dominis, neque facultas de iis pro arbitrio disponendi, neque potestas iisdem vti placeat vtendi fruendi, vlllo vnquam modo, sicuti et ipsa iuris germanici principia docent, poterit denegari. Atque exinde etiam luculenter elucere videtur ²⁰⁾, nihil differre vtrum dominus silvarum princeps, an privatus sit, atque jura ex dominio silvarum oriunda vtrique aequaliter competere, neque ergo ex possessoris conditione augeri aut minui. Quibus quidem pro regula constitutis, exceptiones inveniri posse vbi principi plura et majora jura in silvis competant ac privato, non nego. Namque legibus provincialibus hic multa variis modis mutata, circumscripta et determinata esse, postea videbimus.

§. 16.

In iis vero, quae e dominio silvarum et duobus illis juribus principalibus necessario, atque ex regula, nisi nempe leges provinciales aliud jubeant, profluant, juribus singulis et secundariis determinandis et describendis, omnes fere, ad vnam eandemque sententiam conspirantes reperi. Quum tamen ne nimia catalogi, quo ea omnia recenseantur, moles ²¹⁾ odiosa cuiquam videatur, verendum sit; modo ea, quae gravitate et praestantia, reliquorum levitatem et vilitatem superent, enumerare sufficiat.

§. 17.

Principalia ergo, ut repetere ea liceat, jura e dominio silvarum profluentia, vti pag. 17. vidimus, duo sunt, alterum, jus disponendi

²⁰⁾ Id quod et ESTOR *bürgerl. §. 1785.* docet.
Rechtsgelahrtheit der Teutschen, Th. I ²¹⁾ Tot enim, quot inueniri possint

de ipsarum substantia, volo jus ipsum fundum ullomodo, venditione vel donatione, etc. alterum, jus ipsis utendi et fruendi. Priori illi quippe per se satis claro nilque impedito ne verbo quidem amplius inhaerentes, ad ea quae secundum illud complectitur, et ut secundaria secum habet, i. e. ad jura diversos quosque fructus et usus e silvis percipiendi et perceptis pro lubitu utendi transimus. Ac inter ea quidem primum jus arbores e silva pro arbitrio caedendi, omnes domino silvae concedunt. Neque omnino ad modum vel tempus ea in re observandum ipso jure tenebitur; sua enim re utetur²²⁾. Quod si ergo silvam suam totam vel partem ejus penitus extirpatam et deletam in agrum, prata seu hortum vel aliud quid mutare juverit et placuerit ipsi, jure suo hanc mutationem suscipere poterit²³⁾. Cuicumque²⁴⁾ usus arbores, lignaque caesa destinaverit, sive aedibus extruendis, sive commercio cum ipsis hic vel illic tractando²⁵⁾, jure suo de rei suae fructibus pro lubitu disponendi usus recte fecerit.

modi et genera fructuum e silvis percipiendorum usumque silvarum, cogitari etiam posse et constitui iura secundaria e dominio silvarum oriunda per se patet.

22) Nullam legem iuris germanici communis omnibus subditis vetare quo minus propria ligna absque principis consensu caedant, animadvertit STRUBEN *Rechtl. Bed. Vol. 2. no. 102 p. 382.*

23) PIETSCH l. c. §. 46. 47.

24) Poterit ea ergo tam ad carbo-

nes ex ipsos coquendos, quam ad cinerem clauellatum (*Potasche*), inde faciendum adhibere; quod negotium posterius nullo modo regalibus ex regula annumerandum, et falso inesse creditur regali salium, cum profecto non mineralis quasi sit eius cineris origo, cf. IVSTI *Staatswirtschaft*, Tb. II. p. 275. *Anmerk.*

25) MOSER *von der Landeshoheit in Ansehung Erde und Wassers*, p. 66. §. 32.

§. 18.

Fructuum item quos proferunt et producunt arbores quorumvis quantamcunque multitudinem, et varietatem percipere poterit ²⁶⁾. Sibi ergo recte colligit glandes ²⁷⁾ nuces et poma arborum; sibi habet earum frondes et folia, cortices et refinās, varios ad vsus omnia adhibenda. Per omnem silvam dominus graminibus et pascuis, quae silva continet, utitur fruitur, suos modo greges, aut sua pecora immittendo; nisi servitus aliqua silvae imposita aliud velit.

§. 19.

Lapidinis ²⁸⁾ cuiusvis generis omnibus, lithantracium, Tur-

26) MEYERER *Forst und Jagdrecht*, p. 26.

27) Ius colligendi glandes, nuces et poma arborum, etiam si ius venandi domino foresti in eodem non competat, tamen ex regula, nisi lege, pacto, moribusve aliud constitutum probetur, ex iure domini in silvas, non ex iure venandi, ergoque domino silvae, non venationis vindicandum esse, LEYSERVS docet in *Medit. ad Pand. spec.* 441.

28) Easdem uti strata lithantracium regalibus ex reg. accensendas haud esse tradit STRUBEN *R. B. Vol. 2.* p. 289. porro MVELLER *Promt. iur. nov. voce Carb. Fossiles*, denique MOSER *l. c.* p. 186. 88. sq. qui, vero lapidinas totis montium tractibus comprehensas et amplissimas, praeci-

pue marmoreas, regalibus accensendas esse putat, tamen non nisi ita, ut quatenus pars earum dominio privato obtineatur, eatenus huic ipsi remuneratio aliqua iusta praestetur, a principe, ubi ius suum regale lapides inde effodiendi exercere reuera voluerit. Omnino quidem dicunt cuncta fossilia, et quae reliqua intestinis quasi terrae natura producit omnia, eatenus regali metallico subesse, quatenus vere rei metallicae artibus concilientur et effodiantur. Caeterum et in saxoniam electorali fodinae marmoris vel calcariae aliusve generis lapidinae in dominio eorum sunt, quorum in fundis reperiuntur, lithantraces vero iure metallico censentur, ROEMER *Staatsrecht von Sachsen, Tb. II.* p. 691. Salia autem semper uti

fae 29), et terrarum quarumque, aliis 30) quam agriculturæ vsibus, mercaturæ imprimis et opificiis exercendis inservientium, stratis intra fines foresti sui repertis colendis, ipse iure suo foresti dominus, vsque dum res eas, eaque negotia a principe regalibus adnumerata esse doceatur 31), incumbet, et redditus inde fructusque omnes sibi habebit 32).

§. 20.

Ipse sibi, quibus curam et custodiam silvæ suæ committat, famulos saltuarios eligit et constituit; iisque leges quasi et normam, quas in tractanda silva sequi debeant, præscribit 33). Quum enim cuivis, si sumtibus ferendis sit, ita famulos qui servitia ipsi præstent, quot et qualescunque velit, habere; vti de conservandis et tractandis rebus suis præcipere liceat, cur dominus silvæ ad eundem finem quoad silvam, quum possideat, consequendum, famulos et custodes adhibere, iisque hæc vel illa præscribere prohibeatur, nemo unquam viderit.

et ius sal' nitrum effodiendi, vbicun- que, vel si in silvis reperiantur, re- galia sunt. MOSER *l. c. p.* 192. 93.

29) MOSER *l. c. p.* 183.

30) MOSER *l. c. p.* 182. 83. per- tinent huc lutum, argilla, terræ tin- ctoriæ, exc. terra Porcellana optima, quæ regalibus adnumerari solet.

31) cf. RVNDE *deutsches Privat- recht*, §. 165.

32) Fornaces calcarias, et officinas laterarias tamen aedificare privato nec

in silva licet, absque venia a principe impetrata, cf. MOSER *l. c. p.* 190.

33) Ita STRVBEN *RB. Vol. V. Bed. 62. p. 137. in dubio, ait, hat der Waldeigentümer das Recht Holzknecchte zu bestellen, der Landesherr aber kann jeden verwerfen der untauglich ist; quæ posteriora ad Caput ultimum nostrum pertinebunt. cf. porro STISSER Forst und Jagdbistorien, Cap 6. §. 23. no. 2. p. 177. nota.*

§. 21.

Neque porro ius venandi in silva domino silvae ex ipsis iuris germanici communis principiis, nisi leges provinciales aliud praecipiant, denegari posse, vtpote ius neque natura sua, neque legis imperii ullius sanctione, observantiaeve universalis auctoritate ³⁴⁾ regalibus annumerandum, — id iam post acres virorum doctissimorum de ea re decertatas pugnas ³⁵⁾ expediti fere iuris est. Ad id igitur provocantes, et angustioribus libelluli finibus, quominus omnem eam rem cum iis, quae in utramque partem disputata unquam fuerint, exponamus impediti, ampliores et accuratiores sermones de ipsa instituere aequo nolumus, ac nequivimus ³⁶⁾.

34) RVNDE *l. c.* §. 149. Saec. XVI. demum venatio ob hypothesein quorundam, qui bestias pro rebus nullius haberent, res nullius vero principis esse contenderent, regalibus accenseri coepit. Expressa lege etiam, nempe ordinatione venatoria Austriaca in Austria ius venandi nullis limitibus, nisi iis quibus a nimio abusu eius caueatur, circumscriptum, pro iure ex dominio silvarum oriundo declaratum esse testatur MOSERVS *Forstarchiv Th. I. p. 189.*

35) SELCHOV *Elem. iur. priv. germ.* §. 418. PIETSCH *l. c. p. 91. sq.* RICCIUS *von der in Deutschland üblichen Jagdgerechtigkeit, I. Hauptst. §. 15. 16.*

36) Plerumque etiam domino sil-

vae si modo in reliquis fundis suis et possessionibus patrimoniali iurisdictione gaudeat, competere reperimus iurisdictionem forestalem, coniunctam cum iure commoda eius percipiendi. Neque tamen eam iuribus e dominio silvarum oriundis accensere licet, cum nulla unquam iurisdictione e dominio privato nasci possit, cuius potius nullo non tempore solus ipse princeps fons fuerit; sed solummodo pro parte iurisdictionis patrimonialis. Neque iudiciorum lignariorum illorum, quae, olim ad auertenda lignorum furta, et usum eorum meliorem adcurandum haberi solita, nunc vero maximam partem abrogata sunt, constitutionem e dominio silvae repetere possumus, quamquam omnino modo con-

§. 22.

Haec ergo tantaque sunt iura, quae e domino silvae ex regula, profluere, atque vindicanda esse, ipsa nos doceant iuris germanici communis principia. Jam vero pactis, servitutibus, praescriptione, observantia speciali, denique legibus provincialibus eiusdem regulae exceptiones, quibus dominorum haec in silvas iura partim minuantur, partim circumscribantur, permultas constitui posse et revera constitutas reperiri, nemo unquam negaverit. Praecipue vero dominium silvarum salutis publicae procurandae ³⁷⁾ causa ad arcetiores fines quasi reductum, variis modis definiri et regi invenimus legibus provincialibus, illis quidem vi supremae in silvas inspectionis, de qua, quam late ex iure publico germanico pateat, quidque omnino sibi velit, uberius iam exponere placet, a principibus Germaniae latis.

dominos silvarum ipsis assidere potuisse constat. Namque semper ea, uti STRUBEN, *R. B. Vol. I. Bed. 155. p. 365.* docet, principis consensum tacitum vel expressum requirebant; nec nisi coram, praefectis principis haberi poterant, uti idem docet *l. c. p. 372*; et denique solummodo ad silvas in condominio versantes pertinebant, teste STRUBENIO *l. c. Vol. III. Bed. 116. §. 4.* cf. PUFFENDORF *de iu-*

risd. germ. P. III. S. I. cap. I. et Obs. Tom. II. obs. 60. Ita nec hic quidem exceptionem patitur regula, principem esse fontem omnis iurisdictionis.

37) Recte itaque STRUBEN *R. Bed. Vol. IV. Bed. 48.* ait, „in silvis „domini potestatem utilitas publica, et damnum irreparabile hodie limitavit.“

CAPUT III.

Quo supremæ in silvas inspectionis ipsa indoles, iuraque domino territoriali ex principiis iuris publici germanici inde competentia proponuntur, et legibus patriis illustrantur.

§. 23.

Quemadmodum nempe omnino superioritati territoriali, quali principes Germaniæ gaudent, ius supremæ inspectionis vniuersalis i. e. potestas denegari nequibit, cuiusuis domini, rerumque quæ in territorio reperiantur omnium vsum et administrationem eatenus, quatenus salutis publicæ, quæ ipsis incumbit cura postulet, definiendi et restringendi; ³⁸⁾ ita nec foresta et silvas, siue publico siue priuato dominio obtineantur, eiusdem iuris curæ atque imperio quasi subduci posse eo magis veritate excellere debet, quo minus silvarum, quippe rei salutis publicæ omnibus modis maxime necessariæ, ab abusu, indeque oriunda lignorum, qua maius malum fere ignoramus, inopia rempublicam præcipue defendendam esse, vlla dubitationis specie laborare videtur. Quam quidem superioritatis territorialis quasi

38) PIETSCH *Forst und Jagdrecht*, §. 7. atque in vniuersum ea, quæ Cap. I. exposuimus. Profecto enim, quæ ex iure publico vniuersali ipsa quasi supremæ in ciuitate potestatis fundamenta ponunt, ea nec regimini et superioritati territoriali, qualem ius publicum Germaniæ proponit, plane

deesse posse per se patet: quippe cuius omnino idem cum illa sit finis, securitati nempe et felicitati subditorum vt procurandæ et augendæ inuigilet; cf. POSSE *über das Staatseigenthum in den deutschen Reichslanden*, (Rostok und Leipzig 1794. 8.) p. 36.

partem variis utique nominibus usurpatam ³⁹⁾ atque significatam nos supremam principis in silvas inspectionem vocamus, atque ergo, ut

39) Miris profecto modis Icti tot tamque diuersa vnius eiusdemque rei inuenere nomina, quibus alii partem eius solummodo comprehendisse videntur, alii vero id effecere, ut iura principis cum iis, quae domino siluae in ea competunt, et vice versa, prauissime vel ipsi commiscerent, vel certe aliis ea commiscendi causam darent; cf. PIETSCH *l. c.* §. 9. *nota c.* §. 21. *nota a.* Primum itaque a) supremam nostram principis in silvas inspectionem vocant, (et ii quidem bene,) *superioritatem forestalem*, (*Forstliche Obrig - Herrlichkeit*,) cf. STRVBEN *R. B. Vol. 2. Bed. 102.* RVNDE *Privatrecht* §. 140. *sq.* PIETSCH *l. c.* §. 8. *alii.* Nos ergo utramque hanc pro vna eademque re habemus, cum contra plerique priorem, seu supremam in silvas inspectionem, (quam et alii ius leges ferendi forestales vocant,) partem modo posterioris seu superioritatis forestalis vnam (alteram nempe iurisdictionem forestalem faciunt de quare infra dicetur.) esse doceant, PIETSCH *l. c.* §. 8. et reliqui citati omnes. Neque tamen in eo nos errasse, potius bene fecisse opinamur. Omnes enim, quas viri doctissimi superioritatis forestalis proposuerunt de-

initiones, accuratius examinatas inter seque comparatas inueniebamus eo redire, ut indolem et naturam eius omnem in cura principis per leges forestales rem publicam a malis peioris rei forestalis defendendi, positam esse declararent; quae cura iam vnicuiusque supremae in silvas inspectioni potest inesse, et adiudicari; cum iurisdictione forestalis cum siluis, qua talibus, nullam rem habere videatur, sed modo qua rebus in dominio versantibus legibusque poenalibus munitis. Ita eg. STRVBEN *R. B. Vol. II. Bed. 102. p. 385.* dicit, superioritatem forestalem esse partem territorialis, vi cuius principi liceat legibus forestalibus impedire, ne dominio in siluis abutantur earum possessores; vbi et expresse addit, falso commisceri superioritatem cum iurisdictione forestali. cf. porro ESTOR *bürg. Rechtsg. der Teutschen* §. 2449. Iac. MOSERI *Landesb. in Ans. Erde und Wassers* p. 70. et GODOFREDI DE MOSER *Forst Archiv Tb. VIII. p. 136* definitiones *nota 41.* proponemus. Haec ergo, quae commoueret, ut nomen quod alii parti totius dedissent, toti ipsi, quippe huic magis quam illi accommodatum attribueremus, causa erat.

D

definitionem ipsius, uti e iure publico vniuersali constituta est, ad ipsam qualem et ius publicum germanicum habet, traducamus, ita definire possumus, ut sit superioritas territorialis, seu ut accuratius loquamur, suprema inspectio vi superioritatis territorialis competens, quatenus in siluarum territorii dominio, eiusque usu et administratione, i. e. tota re forestali definienda et regenda versetur. 40)

b) Dein supremam hanc nostram in siluas inspectionem vocant bannum forestale, RVNDE l. c. §. 140. c) porro IURISDICTIONEM FORESTALEM, BECK tract. de iurisd. forest. p. 6. nec non d) Ius foresti, Forstrecht, Repert. iur. publ. et feud. voce. Forstrecht, cum tamen sub ea voce laxiori sensu sumpta intelligatur complexus iurium et obligationum omnium ratione forestorum tam principi quam domino eorum competentium; PIETSCH l. c. §. 9. sensu augustiori vero (Waldrecht) eadem denotet complexum iurium e dominio siluarum oriandorum, RVNDE l. c. §. 139. e) Denique sunt, qui eandem regale forestorum vocent, eg. SCHOTT. Instit. iur. Sax. priu. p. 180. PIETSCH l. c. §. 8. RÖMER Cbursächs. Staatsrecht. Th. II. p. 787.

40) Quam hic dedimus eius rei definitionem accuratiorem, ea illi, quam alii proposuere, plane inesse videtur. Sic eg. PIETSCH l. c. §. 74. RVNDE l. c. §. 140. alii, eam definiunt, quod sit complexus iurium circa fore-

sta vi superioritatis territorialis competentium; et eadem sibi vult STRVBENII R. B. Vol. II. Bed. 102. p. 385. definitio, quam nota 40 habet. Et ut principis qua talis in siluas territorii iura omnia vno verbo supremam principis in siluas inspectionem vocaremus, suavit tum rei veritas, tum etiam viro- rum doctissimorum auctoritas; e. g. RÖMERI Cbursächs. Staatsrecht, Th. II. p. 787. MOSERORVM etc. IACOBVS MOSER nempe von der Landesb. in Anf. Erde u. Wassers p. 70. his verbis utitur: „quae principi in „siluas subditorum competunt iura, „ea suprema in eadem inspectione „continentur, quatenus ad salutem publicam ita promouendam spectat. Et DE MOSER Gedanken über die Grenzen der Landesberrl. Rechte in Ansehung des Forst u. Jagdeigenthums der Unterbanen, in Forstarchiv, Th. 8 p. 136. fontem e quo omnes leges et Ordinationes forestales profluant, dicit esse supremam principis in siluas inspectionem, vi cuius ipse siluis terri-

§. 24.

Partes singulas et certas huius supremæ principis in siluas inspectionis nullas constituimus, neglecta eorum doctrina, qui superioritatem forestalem, (quam eandem cum nostra inspectione in siluas esse declarauimus,) in duas species diuidunt, altera ius leges ferendi forestales, f. vti alii id vocant, supremam in siluas inspectionem, altera iurisdictionem forestalem (vti nota 40.º obseruauimus) complectentes. Posteriores certe, quippe ordinaria iurisdictione vti STRVBENIVS et alii 41) recte animaduertunt, ex regula comprehensam, partem eius vbique certam ob id ipsum facere non potuimus; quanquam ipsam per exceptionem eidem reseruatam 42) reperiri posse nulli vnquam dubitamus, negamusue. Quae tamen ea certitudine et firmitate stare, vt in dubitationem vocari plane nequeant, plerisque haud videntur. Si qui enim adeo cum iis, a quibus plane et semper denegata domino in silua sua iurisdictione, principis maiestati *soli* per

torii pro salute reipublicae conseruandis studeat; indeque et omnes Ordinationes Forestales in introitu eius mentionem hanc in finem facere. Vid. FRITSCHII *corpus iuris venatorio-forestalis*.

41) *Decisiones supremi Trib. Appell. Cassell. 2. R. p. 413. STRVBEN 2. B. Vol. 2. Bed. 102. p. 385* qui quidem ideo hanc sententiam fouet, quod res et caussae forestales ad politiam spectantibus accenseri debeant, quarum cura et tractatio iudicibus inferioribus sit commissa. In electoratu Hanno-

verano forestalem iurisdictionem inde ordinaria totam contineri tradit ES. PVFFENDORF *lib. I. proc. Luneb. Cap. X. §. 15.*

42) Idem sibi velle videtur RÖMER *l. c. Tb. II, p. 790.* dicens: iurisdictionem forestalem et venatoriam e regali forestali coniuncto cum regali venationum ita profluere, vt principi non modo ministrorum rei forestalis et venatoriae personis, sed et caussis forestalibus et venatoriis ipsis, ordinaria iurisdictione exemptis, forum priuilegiatum addicere liceat.

omnia territorii foresta, vindicetur et addicatur, consentire non possint: tamen nec in contrariam sententiam abeuntibus assentientes, eandem iurisdictionem ex regula omnino tanquam partem superioritatis forestalis principis esse, et quidem in cuncta territorii foresta, privata aequae ac publica, se extendentem; profecto vero per exceptionem a superioritate territoriali, quippe totius iurisdictionis fonte, et ipsam patrimoniali iurisdictioni adici posse, ideoque rem totam e conditione et statu singulae cuiusvis provinciae diiudicandam esse contendunt. 43)

§. 25.

Qua vero vim suam exerit, i. e. qua, quibus opus esse videtur, de re forestali tota praecipit et instituit suprema in silvas inspectio, via, haec est, ut ipsa legibus et Ordinationibus forestalibus peculiariibus, per totum territorium promulgandis, proponat. Propositorum ita horum quae instituerit et praeceperit ipsa, complexus efficit Politiam forestalem; quam inde definit *Iungius* 44) ita, ut sit: *legislatio, quatenus omnium eorum, quibus salus publica et singulorum e silvis, earumque fructibus indigeat, procurationem et compensationem complectatur.*

43) PIETSCH l. c. §. 8. nota d. §. 15. nota a, MOSER p. 72. SELCHOW Elem. iur. germ. priu. §. 416. *Vitr. illustr.* PFEFFINGERI Tom. III. p. 1390. In Saxonia sic Electorem suis in silvis, priuatos vero, iurisdictione ordinaria praeditos, item in iis, quae ipsis competant, iurisdictionem forestalem exercere, testatur illu-

stris PRAESES in libello; *de natura et indole dominii in territoriis Germ.* p. 143.

44) *System der Staatswirtschaft* Tb. I. §. 735. sq. et sis §. 354. cf. porro quae p. 7. diximus. Velim vero sub voce legislationis hic complexus legum latarum, non ius leges ferendi intelligatur.

Quae vero ea praecepta et instituta ipsa sint, statim videamus.

§. 26.

Iam enim ad id nos peruenisse arbitramur, vt quam lato ambitu suprema illa principis in siluas inspectio in definiendo et moderando siluarum vsu, reque forestali omni regenda pateat, et quomodo in ea re versetur accuratius explicare possimus. 45).

§. 27.

Qua quidem in re in vniuersum prae reliquis monendum esse videtur, vi supremae istius in siluas inspectionis nemini quidem vsu, quem proprie dicimus, domini, quo in silvam gaudeat, interdici; sed modo abufui eiusdem praesenti obviam iri, metuendum praecaveri posse tam vetando eo ipso, quam praecipiendo vsu bono, vt reipublicae ita salus optime adquiretur 46). Quem enim quaeque reipublicae bene

45) Vt enim, eandem omnibus imperii statibus et ciuibus immediatis, Electoribus et principibus aequae, ac Comitibus, Praelatis, ciuitatibus, Equitibus et pagis adeo immediatis, suo cuius in territorio competere, latius adhuc probemus, non opus est, cum eandem superioritate territoriali, qua (quatenus nempe non de statibus imperii qua talibus, sed de ciuibus imperii immediatis praedicatur) omnes illos aequali fere iure gaudere constat, vti partem contineri supra demonstramus, cf. ceterum sis SCHWEDERI *introd. in ius publ. p. spec. s. 2. cap. 15. §. 17. cap. 18. §. 16.* MYLER AB EH-ENBACH *de princip. et statib. imp. cap.*

71. KNIPSCHILD *de iurib. nobil. lib. 3. cap. 5.* Et de illis, per quos vt leges ab ipso latae ad effectum perducantur, et obseruentur, curet, et quibus exercitium supremae in siluas inspectionis ipsum committat princeps, infra opportunior erit dicendi locus.

46) STRVBEN *R. B. Vol. IV. Bed. 48. p. 108.* Optime ergo scribentem legimus KREBSIUM *de ligno et lapide P. I. Class. 4. Sect. 6. §. 17. n. 3. p. 215.*: Cura quae domino territoriali in siluis priuatorum competit, saltem spectat ad abufum, non etiam ad vsu, quo ne minimum impediendus, aut villo modo grauandus est siluae dominus etc. Eadem sibi vult

ordinatae leges et instituta, ideoque et leges ad rem forestalem pertinentes, vt sanctissimum et inviolabilem spectare et prosequi debent finem, is est, vt salutis publicae cura cum maximae, quantum possit, civium libertatis tutela aptissime coniungatur, eique accomodetur. Omnes tamen, quos vnquam illa necessario ponendos postulet huius limites, a subditis vtique ferendos et observandos esse per se patet.

§. 28.

Neque iam porro hoc praetereundum erit, omnes omnino territorii silvas, cuiuscunque, five principis, five privatorum dominio obtineantur, aequali modo supremae illius inspectionis legibus et iustis subiectas, iisdem pariter obedire quasi debere; de qua re iam alio loco diximus. Quo minus ergo ab iis, quae princeps ad emendandam et erigendam rem forestalem praescripserit et instituerit, absolutus ipse sit suis in silvis, et officium eidem iniunctum, et prudentia prohibet. Namque vti reipublicae saluti pessime consulturum esse principem, qui, cum civibus vt bene foresta ipsis competentia, plerumque eaque minora, administrant, iisque pro salutis publicae ratione vtantur, severe iniungat, et praecipiat; ipse tamen suis; omnino semper, maioribus pravissime devastandis et tractandis publicae salutis custodem se non gerat, in aprico est; ita potius et ipsum illud, quod

LVDOLFVS in *Obs. parte I. Obs. 104.* „endae; si vero eo fine compositae
§. 5. ita locutus: „si ordinationes fil- „sunt, vt proprietates silvae sentim do-
„natae publicae utilitatis causa sunt „mino territorii acquiratur, moderan-
„constitutae, iudiciali auctoritate tu- „dae sunt.“

sanior et prudentior forestorum principis dominio subiectorum administratio civibus praebeat exemplum, (quod nempe ad imitandum cives optime incitari iam possint et debeant,) reipublicae maximam non posse non afferre vtilitatem, nemo nequiverit.

§. 29.

His ita praemonitis iam singula supremae in silvas inspectionis iura, seu potius ea, quibus vi illorum iurium instituendis et praeci- piendis ipsa, silvarum dominio restringendo, rei forestali optime regen- dae, itaque civitati a lignorum inopia ⁴⁷⁾ infelicissima defendendae stu- deat, explanare licebit ⁴⁸⁾.

§. 30.

Sicuti vero in quacunque re pertractanda id magnam non po- terit praebere vtilitatem, vt omnia, quae ad eam pertineant, iusto

47) Profecto enim sola haec defen- sio reipublicae a lignorum inopia me- tuenda nostris temporibus finis esse poterit supremae in silvas inspectionis. Olim potius eum ipsa intendebat et spectabat, vt, quominus e nimia sil- varum amplitudine hominum frequen- tiae via praeccluderetur, impediret; hodie vero hunc finem plane et vbi- que fere cessare, eae, quae ex omni- bus terris vndequaue audiuntur de caritate et defectu lignorum quaere- lae, satis superque docent. Ideoque plane nil de hac eius cura dicam.

48) Ne tamen plura promittamus, quam reuera nos praestitisse finis dispu-

tationis totius fit docturus, id adhuc prae- monere, et libere profiteri liceat, nos, quominus haec omnia duae suprema in silvas inspectio instituenda et ordinanda habeat, semper e legibus et praeceptis praestantissimae scientiae forestalis ac- curate indagata late explicemus, par- tim peritiae tantarum rerum, quam haud ignoramus, imbecillitate, par- tim arctioribus, qui libellulo scribendi erant, finibus impediri. Vt tamen aliquid adhuc faciamus, ipsa, quantum fieri poterit, legum patriarum foresta- lium vtique egregiarum exemplis illu- strabimus.

certoque ordine disposita et collocata proferantur, ita et ea, in quibus determinandis et praecipendis suprema principis in silvas inspectio versari possit, certis classibus comprehensa exponere haud parum iuabit. Cum vero praecipua de quibus ordinationes legesque forestales, quatenus ad rem forestalem vere pertinent, plerumque disponere videamus, capita et momenta duo ⁴⁹⁾ principalia, secundarium vnum reperiantur, illorum nempe primum, quo de silvis optime colendis et conservandis, alterum, ubi de lignis sapienter adhibendis, arteque ipsis parcendi, hoc vero, quo, tanquam de re ex prioribus colligenda de officiis et requisitis quasi ministrorum forestalium agatur; vel nos ipsi iam duas earum rerum classes, alteram qua illa, alteram qua haec explicentur, denique appendicem quasi, qua de ministris forestalibus exponatur, constituamus. Neque tamen nimis longi et copiosi in pertractandis hisce rebus esse poterimus; unde praecipuas solummodo et gravissimas ex ipsis electas esse, velimus nemo miretur, atque indignetur.

§. 31.

Quod igitur ad primam illam classem attinet, ipsa quidem complecti debet ea, quae partim de colendis, ferendis, et caedendis arboribus, partim de damnis ab ipsis avertendis princeps vi supremae in silvas inspectionis iubere et constituere possit. Quo melius vero et tutius de cultura silvarum disponere princeps valeat, ante omnia rationi, qua lignorum usus et indigentia ad silvarum conditio-

49) Tota enim res forestalis, ad videtur; altera, quae, ut ligna e silvis quam definiendam hae leges spectant, feliciter producantur, curet; altera, duabus partibus principalibus constare qua de productis quasi disponatur.

nem in terra sua referantur, cognoscendae ⁵⁰⁾ studere debebit. Jam sciet, quibus praesertim in partibus territorii silvae novae quasi conferendae sint, et quae genera lignorum iam potissimum eligenda. Deinde vero inter ea, quae de ipsa cultura silvarum praecipienda principi ius competit, praecipuum locum occupare debebit lex ea, qua cuique domino silvis et forestis suis penitus extirpandis interdicitur ⁵¹⁾. Qua quidem in re eo minus vlla fere causa exceptionem a regula statuere posse videtur, quo magis nostra tempora tanta premi constat lignorum inopia, vt nulla fere in terra ipsa silvis lignisque abundare, ideoque nulla tali lege carere posse, summo iure contendere liceat. Vt enim quaedam praedia singula interdum nimis amplos continere silvarum tractus, quam forte ipsis conducat, non negaverim; tamen de toto aliquo territorio Germaniae idem dici hodie haud posse, vtique mihi est persuasissimum. Illa itaque praedia, quippe quorum utilitas huius i. e. reipublicae saluti cedere profecto debeat, iam emolumento, quod ex imminuenda forestorum amplitudine percipere possent, renuntiare tenebuntur; nec forestorum suorum partem aliquam extirpare poterint, vetita a principe omni silvarum extirpatione.

50) Quaedam de ea re habent: WILHELMS, v. 12 Febr. 1598. in C. *Grundsätze der Vniuersalcameralwissenschaft* (auctore PFEIFFERO) *Tb. I.* p. 391. 92. A. P. II. p. 534. b) AVGVSTI *Forst und Holzordnung*, v. 8. Sept. 1560. P. II. p. 501. p. 499. c) *Generale FR. AVGVSTS die Schonung der Hölzer u. Wälder betreff.* v. 28. May 1732. P. I. S. p. 1512. et aliae multae leges, quas

51) MOSER *von der Landesboheit in Anseh. Erde u. Wassers* p. 71. SELCHOW. *Elem. iur. germ. priu.* §. 166. alii. In Saxonia elect. cf. quae de ea re egregie statuit a) *Patent.* FR. singulas enumerare nimis longinquum esset, et libelli angustia prohibet.

Quae quidem si tamen exceptionem aliqua in terra pati doceantur, certe nullo non tempore ergoque vel ibi principi competere debebit ius omnibus silvarum eradicationibus absque ipsius consensu et venia ⁵²⁾ suscipiendis interdicendi.

§. 32.

Neque vero in eo adquiescit suprema in silvas inspectio; sed iam agros culturae alius et melioris quasi incapaces, loca deserta et vasta, et omnino huic fini accomodata, e. g. vias publicas, aggeres etc. conferi iubet ⁵³⁾ arborum iis praecipue generibus, quae vel velocitate, qua crescant, vel caritate, qua in territorio deprehendantur, vel utilitate, quam praestent, se commendent ⁵⁴⁾. Praecipue vero ut loca

52) In Saxonia vel haec adhuc praecipiant *Mandatum FR. AVGVSTI de 11. Mai. 1726. P. I. S. p. 529. S. no: 14.* et *Befehl FR. AVGVSTI v. 26. März. 1738 P. I. f. p. 1513.* cf. caeterum *MOSER l. c. p. 70.*

53) cf. In Sax. elect. *Mandatum FR. AVGVSTI de 10. Nou. 1700 P. II. p. 647-50.* ex quo imprimis noui quique coniuges inter rusticos, 6 arbores pomiferas, et 6 quercus s. fagos plantare iubentur. Porro cf. *Mandatum FR. AVGVSTI de 11. Mai. 1726. P. I. S. p. 523. §. 16. 17.* et quae egregie de ea re disponit in Lusatia superiori *Oberlausitzische Forst- und Holzordnung vom 20 Aug. 1767. §. 1-24.*

54) Quo titulo quidem praeter do-

mesticas, volo europaeas, inprimis pinum laricem, (quam decus arborum aquifoliarum vocat *BVRGSDORF Forsthandbuch §. 216. 333.*) ingens arborum peregrinarum multitudo excellit, cf. *MOSER Forstökonomie, Tb. I. p. 484. GLEDITSCH systemat. Einleitung in die Forstwissenschaft, Tb. II. §. 796. v. WANGENHEIM Beytrag zur Forstwissenschaft die Anpflanzung nordamerikanischer Holzarten betreffend, Goettingen 1787. fol.* prae omnibus vero *Robinia Pseudoacacia, Amerikanischer Schotendorn, vnächtler Acacienbaum, Wunderbaum* ab omnibus summo iure ad coelum vsque collaudata; de qua singularem libellum edidit *MEDICVS, Unächtler Acacienbaum etc. I — 6tes Stück Leipzig 1794. fq.*

nuda 55) in ipsis silvis, praesertim nigris, quas dicunt, orta (*Blößen*) et omnino silvarum partes omnes 56), quae modo arbores recipere quasi amplius possint, citissime et optime rursus colantur et conferantur; porro ut arborum, quas natura ipsa in silvis procreat, et procrecere iubet, incrementum adiuvetur, partim (nempe praecipue in silvis nigris) eradicandis caesarum stirpibus 57), partim conservandis et tuendis arboribus femina dispergentibus 58), — cavere debet; quo maxima quanta possit, e silvis capiatur lignorum copia 59).

§. 33.

Quo melius porro culturae silvarum prospiciat, vel de caedendis arboribus varia disponit eadem suprema in silvas inspectio. Quo igitur tempore, 60) quo modo 61) ligna caedenda sint, determinat, prae-

55) In Sax. haec conseri iubet *Mandatum* FR. AVGVSTI de 11. Mai 1726 P. I. S. p. 523. §. 2. 3. p. 513. porro *Generale* FR. AVGVSTI die *Wieder-Anbringung der ruinirten Waldungen*, v. 11 Febr. 1763. P. I. S. p. 1529. 1531.

56) Singularia enim plantaria non nisi ratione rariorum arborum sunt commendanda.

57) cf. *Oberlausitz. Forst u. Holzordnung* cit. cap. I. §. 9. §. 14. 15. 26. Cap. VI. §. 3. nec non *Generale* FR. AVGVSTI v. 2. Aug. 1763. P. I. S. p. 1333.

58) cf. in Sax. elect. *Forst u. Holzordnung* v. 8. Sept. 1560. P. II. p. 492.

59) Sapientissimam curam gerit culturae silvarum adhuc *Oberlausitzische Forst u. Holzordnung* cit. cap. I. §. 15.

Cap. III. §. 1. sq. Cap. VII. §. 2 et 3. in primis posteriori loco; vbi praecipit, ut quovis in loco aliquis instituat, (cui rei optime ruri respondere videntur scholarum magistri) qui artem serendi et plantandi arbores doceat, eique ipse magnam operam nauet.

60) Sic omnino in terra vbi quercuum raritas et tamen vsus frequentissimus et necessarius praecipuam eandem curam postulat, princeps vi supremae inspectionis praecipendi ius habebit, ne praematurae eae caedantur etc. cf. porro *Oberlaus. Forst. und Holzpatent wegen Cultivirung der Bäume* et. v. 20 Aug. 1767. P. II. S. p. 171. Cap. I §. 21. Ita etiam AVGVSTI *Forst und Holzordnung* von 1560 P. II. p. 491. praecipit, ut ligna

cipue vt foresta omnia recte dimetiri oporteat, nec nisi secundum certas partes, in quas tum diuidi ⁶²⁾ debeant, (Schläge, Gehaue) arboribus ipsa nudentur, praescribit ⁶³⁾. Huc pertinent etiam ea, quae apud STRUBENIVM ⁶⁴⁾ legimus scribentem: Principi omnino ius competit subditis vetandi, ne absque concessione, assignatione et

mensibus, Septembri et Martio, modo caedantur; cf. adhuc IVSTI *System der Staatswirthschaft*, Tb. I. §. 160. *nota.*

61) Sic haud inutile quid susceperit princeps, qui in caedendis arboribus magis et saepius ferram quam securim adhiberi iusserit; cf. IOH. BECKMANN'S *Grundsätze der deutschen Landwirthschaft*, §. 250. et in Sax. vbi reuera hoc iustum est, *Resolution IOH. GEORGS II. in Holz und Forstsachen*, v. 6. Sept. 1675. P. II. p. 574. f. no. 4. Sic porro Oberlausitz. *Forst u. Holzordnung v. 1767. C I. §. 9.* praecipit, vt arbores, quantum fieri possit, totae caedantur, ne stirps deinde maior quam ad $\frac{1}{2}$ seu $\frac{3}{4}$ vlnam a solo remaneat, et superfit.

62) Sine dimensione et diuisione tali nempe bene administrari siluae plane nequeunt, quoniam non nisi per illas, quid et quantum siluae producant, cognosci potest. cf. BVRGSDORF *Forstbandbuch* §. 409. 18. sq.

63) Exempla in Saxonia praebeant, quae *Generale FR. AVGVSTS v. 2. Aug. 1763. P. I. S. p. 1533.* et *Oberlausitz. Forst u. Holz patent, v. 1767.*

cap. I. §. 1—3. 6. 20. 21. 23. disponunt.

64) R. B. Tb. IV. p. 108. Tb. II. *Bed. 102. p. 373.* vbi et sententiam Facultatis Tubingensis iuridicae de a. 1746 idem affirmantem proponit, qua ius illud principi, expressis verbis, e generali illo summae in omnia regimine territoriali comprehensa inspectionis iure cuius Imperanti competente, deducitur et vindicatur. Idem fere dicit KREBS *de ligno et lapide, P. I. Class. 4. sect. 16. §. 17. no. 3. 4. p. 215.* Exemplo etiam est *Ordinatio forestalis Brunsvicensis, cap. 3. §. 18. 19. 20.* Et simile quid, quo nempe subditis absque consensu domini et magistratus ligna in suis siluis caedere prohibentur, habet *Oberlaus. Forst. u. Holzpatent. de 1767. saepius cit. cap. VI §. 2.* nec non in Sax. *Forst u. Holzordnung von 1560. P. II. p. 499.* Denique in Palatinatu Bipontino cuius Communi rustico vel e silua propria certam modo quantitatem lignorum, iusta ratione et proportione obseruata, bis quotannis assignari testatur *CRAMERVS Nebenst. Tb. 14. p. 158.* cf. *MOSER Forstökonomie, Tb. II. p. 769.*

demonstratione ⁶⁵⁾ ipsarum arborum caedendarum a praefectis forestalibus principis facta, in propriis adeo filuis ligna caedant; ita tamen ut ea concessio et demonstratio denegari ipsis nisi ex iusta causa nequeat, potius sine omni mora, et nullo non tempore gratis exhiberi debeat. MOSERVS ⁶⁶⁾ contra solummodo in eo, de quo antea modo diximus, i. e. tantum in potestate tempus, modum et quantitatem forsitan in lignis caedendis subditis praescribendi consistere hocce ius principis, quod ab assignandis lignis nominatur, (Holzanweisungsrecht;) et ut tale omni Imperanti competere opinatur.

§. 34.

Haud minoris momenti sunt ea, quae de damnis et calamitatibus a filuis auertendis instituendi et praecipendi ius inest eidem supremae in filuas inspectioni. Quorum quidem cum tantus sit numerus et copia, ut singulari libello optime pertractari possint, nonnisi quae inter ipsa omnium grauissima sunt, commemorare iam sufficiat. Praecipuum vero in quo determinando iam versari princeps poterit, momentum erit, ut abufui siluarum et lignorum prudens obueneat, itaque primum pastu et pascuis ⁶⁷⁾, quibus maius et infelicius malum

65) An principi liceat propriam securim s. malleum hic in filuis priuatis introducere? vid. CRAMER *Nebenst.* Vol. 33. p. 38.

66) DE MOSER *Gedanken über die Gränzen etc.* cit. im *Forstarchiv* Tb. 8. p. 138. ubi et, quibus rem suam defendat, ad sententias iudicii camerae Imperii idem declarantes prouocat, quae in CRAMERI *Nebenst.* Vol. 15. p. 47. Vol. 27. p. 163. 179. Vol. 33.

p. 39. inueniantur. Sed nescio an tale ius vere appellari possit assignatio et demonstratio lignorum a subditis caedendorum; unde, quamquam in quibusdam terris solummodo talem, ut Moserus vult, principi potestatem ea in re esse non nego, tamen assentiri ipsi in vniuersum non possum.

67) Vid. quae in Sax. ea de re praecipiant AVGVSTS *Forst. u. Holzordnung v. 1560. P. II. p. 498.* Gene-

filuis inferri fere nullum potest, quantum, et quibuscunque modis, sine laesione aliorum valeat, ipsas, prae omnibus vero, loca artis vel naturae auxilio beneficioque recens confita⁶⁸⁾ liberet, dum nouas eiusmodi seruitutes constitui vetet, atque vt priuatis transactionibus tollere et extinguere easdem studeant filuarum domini, praescribat.⁶⁹⁾ Eadem omnia de herbis, graminibus secandis et stramentis colligendis valent, vtpote negotiis, quibus filuis lignisque vehementer nocetur, ideoque prudenti legum latione limitandis prohibendisque⁷⁰⁾. Neque lignorum fractorum et ruptorum, fragorum, boletorum igniariorum, aliorumque, pauperibus plerumque concessa collectio, tam innocuam se ostendit, ne, in abusum tracta, filuae damnosissima fieri possit; vnde vel ipsa ad iustos limites, e. g. certum tempus, et concessionem domini filuae restringenda est et moderanda⁷¹⁾. Porro quidam mores ina-

rale FR. AVGVSTS v. 2. Aug. 1763. P. I. S. p. 1634. Resolutionen IOH. GEORGS. II in Holz u. Forstfachen, etc. v. 6. Sept. 1675. P. II. p. 576. f. no. II. et in Lusatia superiori Oberlaus. Forst u. Holzordnung v. 1767. C. I. §. 4. Cap. II. §. 4. Cap. VI. §. 8. Oberamtspräsident zu Publication derselben, v. 20 Aug. 1767. P. II. f. p. 167.

68) cf. in Sax. Forst u. Holzordnung v. 1560. P. II. p. 498. 501. Mandat FR. AVGVSTS v. II May. 1726. P. I. S. p. 523. §. 6. 7. praecipue vero Oberlaus. Forst u. Holzordn. cit. Cap. III. §. 16. 19.

69) cf. Oberl. Forst u. Holzordnung cit. l. c. et Cap. II. §. 4. quae quodammodo hanc viam ingressa est.

70) cf. in Sax. Mandat FR. AVGVSTS de 1726. cit. loco. Generale FR. AVGVSTS zu Einschränkung u. Abstellung der Missbräuche im Holzwesen, v. 16. Jul. 1755. P. I. S. p. 1524. f. no. 7. Generale FR. AVGVSTS v. 2. Aug. 1763. cit. l. p. 1533. Oberl. F. u. H. Ord. capit 2. §. 7. cap. VI. §. 11. vbi cautum, ne haec omnia liceant absque consensu domini filuae expresso.

71) Forst u. Holz Ordn. v. 1560. P. II. p. 493. Generale FR AVGVSTS v. 1755. cit. P. I. f. p. 1526. f. no. 19. Oberl. F. u. H. Ordn. v. 1767. Cap. II. §. 9. BVRGSDORF Forsthandbuch, §. 445.

nes aequae ac praeui haud exigua rem forestalem afficiunt calamitate, unde seuerè sunt vetandi et prudenter tollendi; praecipue vero mos ille, quo betulis, pinibus et abietibus tantopere ad ecclesias et domus festis Pentecostalibus et natalium Christi decorandas abutuntur ⁷²⁾. Nec non quaedam negotia per se haud inutilia, quae cum arboribus et per eas quasi suscipiuntur, ex praeceptis sanioris scientiae forestalis sunt dirigenda et definienda ⁷³⁾ et eatenus, quatenus damnum irreparabile siluis inferre possint, recte circumscribenda seu adeo vetanda: quo pertinent corticis et libri arborum solutio, frondium strictio, succi praesertim e betulis detractio, refinae abrasus ⁷⁴⁾ etc.

§. 35.

Maximum deinde damnum siluis inferunt viae publicae in ipsis conditae: unde partim nouas eiusmodi vias in siluis exstrui, praecipue furtiuas et deuerticula quasi aperiri, princeps vetat; partim eas, quae iam adsunt, ita conseruari iubet, vt ne nimis noceant sil-

72) Habemus in Sax. singulare *Mandatum FR. AVGVSTS worinnen das Hauen der Mayen, auch Setzung derselben in Kirchen u. Häusern, als eine unnöthige Sache, bei Strafe verboten wird*, v. 21. Febr. 1715. P. II. p. 658. 59. quod rursum repetit *Generale cit. de 1755. P. I. f. p. 1527. f. no. 21.* nec non *Oberl. Forst- u. Holz Ordn. Cap. II. §. 5.*

73) Nempe solummodo in et cum arboribus vel iam caesis, vel quae mox caedentur, fieri debent, vel peioribus certe, gibberosis et vetustate corruptis.

74) Expresse ita disponit *Oberl. F. u. H. Ordn. cap. 2. §. 6. Cap. VI. §. 10.* haecque negotia omnia solummodo cum consensu et concessione domini siluae suscipere permittit, cf. adhuc *IOH. GEORGII II. Hauptresolut. in Holzfachen v. 13. Oct. 1663. P. II p. 563. FR. AVGVSTS Resolutionspuncte wegen Abstellung der Mißbräuche in Holzfachen v. 28. Aug. 1697. P. II. p. 599. nec non Generale FR. AVGVSTS v. 1755. cit. P. I. f. p. 1524. f. no. 8. Oberl. Forst u. Holz Ordn. cap. II. §. 4.*

vis ⁷⁵⁾. Neque iam nobis hic praetereundum esse censemus, principem et ea praescribendi et iubendi ius habere, quibus morbis arborum perniciosis, praesertim insectorum multorum e laesionibus oriundis, quo inprimis ficitas arborum, (Baumtrockniss) quam vocant, pertinet, obuiam eatur et medela adferatur ⁷⁶⁾.

§. 36.

Omnium vero grauissimum utique, ut plura alia taceam ⁷⁷⁾ quibus praecauendis, et auertendis suprema in siluas inspectio intenta

⁷⁵⁾ BURGSDORF *Forsthandbuch* §. 442. cf. quoque *Oberl. F. u. H. Ordn. cap. 2. §. 8.*

⁷⁶⁾ Id quod optime ita efficere poterit, ut aues quasdam, quibus infecta illa deliciosum pabulum praebere scimus, e. g. Coruum, Coruum Cornicem, Coruum monedulam, aliaque animalia quaedam nimis saepe et fere omnia capi vel occidi vetet; qua de re peculiarem libellulum habemus a BECHSTEINIO: *Musterung derjenigen Thiere, welche mit Recht, oder mit Unrecht von den Jägern für schädlich geachtet, und gerödet werden*, etc. Gotha 1792. 8. editum.

⁷⁷⁾ Sic e. g. domicilia in siluis ipsis aedificata profecto variis modis damnosissima siluis esse et fieri possunt, unde vid. quae iam de iis in Sax. disponit *Forst u. Holzordnung v. 1560. P. II. p. 495.* qua nempe eorum aedificatione interdicitur. Neque minus nocere potest lignorum caesorum lon-

ginquor in siluis detentio, quam itaque vetat in Sax. *Generale FR. AUGUSTS v. 1755. P. I. f. p. 1526. f. no. 18.* Circa delicta vero forestalia, inprimis furta, quae profecto quodammodo inter mala siluis inferenda referri possunt, coercenda et praecauenda, suprema in siluas inspectio modo ita vim suam exserere poterit, ut ipsa poena aptissima, i. e. non pecuniaria, sed potius obligatione labores quosdam molestissimos (qualis e. g. est stirpium eradicatio) in siluis perficiendi plecti iubeat; quo aliquatenus certe quasi compensetur damnum siluis illatum, et certius iisdem, praecipue furtis, via praeccludatur, quod profecto mulcta numaria irroganda effici non poterit, cum ea potius plerumque nouo furto, e quo soluatur, admittendo causam dare soleat. Aliquid de ea re habemus sancitum in Saxonia per *Mandatum v. 11. May. 1726. C. A. S. I. p. 531.*

esse debet et poterit, momentum adhuc est, ut aptissima quaeque instituat et praecipiat, quibus incendium silvarum ortum extinguatur, et quo minus latius serpat, impediatur; metuendo vero via praeccludatur. Quem finem ita optime consequi posse videtur, ut tam vetet, vel certe, prout res postulat, accurate restringat, quaecunque in silvis ope ignis et cum eo peragenda et suscipienda sunt, negotia; 78) quam subditos, maxime vero ministros forestales instruat et doceat, quomodo incendio silvae exorto, caute prudenterque se gerere, quidque facere debeant 79).

§. 37.

Denique et tota res venatoria a principe regenda, et in omnibus silvis privatis aequae ac publicis ita moderanda est ut vi supremae in silvas inspectionis, ut, ne ipsis ullum ex ea detrimentum nasci possit, caueatur 80). Quis enim rem forestalem prae venatoria tot tantisque

78) Sic in Saxonia lignorum, ut cinis inde producat, combustionem (Aeschern,) extra silvarum fines tantummodo suscipere licet, ex *Generali FR. AVG. de 1755. P. I. S. p. 1525. f. no. 10.* Nec non carbones de lignis non nisi summa cum custodiae assiduitate, et modo in locis securis coquere licebit. Pastoribus, lignicidis omni igne in silvis habendo porro interdictum est per *Resolutionspunkte FR. AVGVSTS v. 28. May. 1697. P. II. p. 591. f. no. 24.* Eadem lege, ut gramina vetusta, erica vulgaris et filices praecipue, deurantur, non aliter permissum est, quam coram ministris forestalibus,

et in iis solummodo locis, ubi periculum nullum metuendum inde esse appareat. Sapienter etiam omnibus omnino fumo herbae Nicotianae per fistulam trahendo in silvis, praecipue nigris, quas dicunt, interdicit *Oberl. F. u. H. Ordn. cap. 2. §. 1.*

79) Egregia profecto et summa laude digna sunt, quae in Saxonia ea de re partim *FR. AVGVSTS Generalverordnung wie Feuersbrünste abzumenden, u. bey deren Entstehung allenthalben sich zu verhalten, v. 7. Febr. 1719. P. I. p. 1891.* partim *Oberl. F. u. H. Ordn. Cap. VI §. 7.* instituit.

80) Id ergo efficere debet, ut nec

F

excellere virtutibus et praerogatiuis, vt huic nullo non tempore atque omnibus modis sit praeponenda, negabit? quis vnquam, gulae nostrae cupediam omnino quidem optime ferinae carnis deliciis, nunquam vero vitae nostrae necessitates lignorum beneficiis carere posse, non peruiderit? Neque tamen his ita dictis id intendisse videri volumus, vt omnino venationis exercitium et culturam praestantissimae rei forestalis principiis admitti et tolerari plane negaremus, sed modo illa nonnisi his accomodanda, nec vnquam contra haec instituenda esse, demonstrare animus fuit.

§. 38.

Haec vero de prima classe eorum quae suprema principis in siluas inspectio iure suo praecipiat et instituat, sufficiant; ita, vt ad alteram, quam de vsu et fructu lignorum, praesertim de arte ipsis parcendi disponere diximus, progredi iam liceat. In qua quidem classe, praeter artem illam modo dictam, praecipuum locum sibi occupabunt, quae de negotiatione lignaria, ⁸¹⁾ vt hoc verbo vtar, sapienter agenda et tractanda praecipiuntur. Iam cum finis, quem conse-

nimis magna, nec nimis exigua ferarum in siluis multitudo habeatur; sed iusta quaedam ratio ex conditione et statu siluae forestinae cuiusuis determinanda, obseruetur, et, quod per se patet, ferae ab omnibus locis nouiter cultis et confitis remotae retineantur. Res apiaria porro, quae, quatenus in siluis colitur et habetur, vel ipsa huc pertinere videtur, item ita instituenda est, vt siluae damnum per eam haud exoriatur; vnde praecipuae curae esse debet ministris forestalibus, cf. LE-

ONHARDI *Forstwirtschaftl. Briefe*, (Leipzig 1789). p. 312 GLEDITSCH *system. Einl. in die Forstwiss.* §. 719. 21. MOSER *Forstökonomie*, Th. II, p. 759. sq. Aucupium, quod fere plus voluptati quam utilitati inseruit, ita moderandum erit, vt ne arboribus noceatur, certe quaedam aucupii genera plane interdicta esse velim.

81) cf. quae de ea in vniuersum habent MOSER *von der Landesboheit in Polizeysachen* p. 261. et *Forstmagazin* B. II, p. 319. MOSER *Forstökön.* Th. I. p. 249 sq.

quendum spectat suprema principis in siluas inspectio, sine dubio nostris temporibus is fit, vt a lignorum inopia et caritate terrae suae caueat, eamque defendat; ea in re iam id ipsi solummodo indagandum erit, vt videat, qualis inter lignorum copiam paratam, eorumque necessitatem et indigentiam intercedat ratio; ⁸²⁾ vt perspiciat, partim, an et quatenus haec ipsa, ligna, absque eorum inopia metuenda, commercio externo tradere permittat, partim quae de interna lignorum venditione, ad modicum ipsorum pretium copiamque procurandam institui iubeat? Quodsi igitur lignorum ex siluis territorii perceptorum et percipiendorum quantitatem, eorum necessitati vel non respondere, vel certe modo sufficere, animaduertent princeps; omnem eorundem exportationem vetare non modo iure suo poterit, sed adeo debet ⁸³⁾. Si vero tanta suppetat lignorum copia et abundantia, vt neque nunc, neque in posterum charitas aut forte inopia metuenda videatur; tum demum innocentia quasi, seu vera adeo utilitate lignorum in exteris terras exportatio se commendare poterit. Neque tamen vel hic exteris in emtione lignorum prae domesticis vlla concedenda est praerogatiua, potius horum prae illorum indigentiae satis faciendum. ⁸⁴⁾ Quod internam negotiationem lignariam attinet, ea

82) Quomodo ea ratio sit inuenienda, docet PFEIFFER *Vniuersalcameralwissenschaft*, Tb. I. p. 392.

83) PFEIFFER *l. c.* p. 393. Sic olim in Saxonia nostra, *Generali de 3. Jul. 1763. P. I. S. p. 1530*, siluis atrocissimi, quod per septem annos saeuit, belli iniuriis devastatis, sub publicationis poena prohibita erat lignorum exportatio; postea vero modo non

immodica fit, nec iustos limites, i. e. eos, quibus retineantur ligna necessaria, egrediatur, permilla est *Generali d. 9. Sept. 1769 ibid p. 1537.*

84) Subditis enim princeps debet, vt ipsorum, vt in omnibus rebus, ita et in hac, salutis curam praecipuam gerat. Bene itaque ipsis consuli videmus in Saxonia *Ord. forstl. et lignaria de 1560. P. II. p. 516.*

inprimis, quo magis subleuetur et adiuuetur, ab omni monopolii genere, vti semper, ita et hic terrarum tetra peste, sincera et libera caute conseruanda est⁸⁵⁾, et omnino ne singuli cum ea quaestum faciant, cauendum⁸⁶⁾, vilitas lignorum procuranda⁸⁷⁾, certae ideo quotannis nundinae lignariae habendae, certique dies lignis diuendendis constituendi⁸⁸⁾, et, quae ibi non dum diuendita fuerint ligna, ea in

85) In Sax. cf. AUGVSTS *Aus-schreiben v. 1. Oct. 1755. P. I. p. 60.* qua lege ad monopolia lignaria praecauenda praediorum equestrium possessores ligna e siluis electoralibus, vt propria caritati sperandae referent et reponant, coemere vetantur; porro *Patent FR. WILHELMS v. 12. Febr. 1598. P. II. p. 533.* quod fraudibus iisdem inter subditos reliquos, qui emendis et diuendendis lignis praecipue occupantur, eodem modo et eundem in finem occurrere studuit.

86) Ita in Saxonia praecipue ministris forestalibus lignorum commercio illegitimo, i. e. extra dies, quas Förstereyen vocant, et pro se exercendo interdicitur *Resolut. grauum. de 1612. P. I. p. 184. Ord. Forst. et lign. de 1560. P. II. p. 497.* Porro et subditi cum lignis loco stipendii ipsis traditis (Deputat - Hölzern) negotiari prohibentur *Generali de 16. Iul. 1755. P. I. f. p. 1526. f. no. 18.*

87) Certam et perpetuam lignorum aestumationem (Holztax) recte repro-

bat PFEIFFER *l. c. Tb. I. p. 391.* Approbat vero eam, quae quotannis praefecturae s. collegii forestalis et ministrorum forestalium iudicio ex interno arborum pretio formetur et constituatur, et quae profecto omnium optima est, MOSER *Forstoeconomie Tb. I. p. 275. sq.* In Saxonia taxa lignaria a. 1570. quidem constituta, sed tamen etiam aestumatio lignorum ministrorum forestalium intelligentiae et iudicio commissa est *Ord. Forest. et lign. de 1650. P. II. p. 489.* et solum ne iusto plus, i. e. contra, obseruantiam et taxam modo dictam lignorum pretium euehant, et augeant, admoniti sunt *Resolut. grav. de 1612. P. I. p. 184.* Porro praediorum equestrium possessoribus, et quicumque cum lignis diuendendis rem habeant, vt eadem moderato pretio vendant, iniunctum est per AUGVSTS *Aus-schreiben v. 1. Oct. 1755. P. I. p. 60.*

88) Tales eg. sunt, qui in Saxonia Förstereyen vocantur, et quorum quotannis duo habentur; de quibus cf. *Forst- u. Holzordnung v. 1560. P.*

horreis ⁸⁹⁾ reponenda sunt; resque ratiaria denique et nautica, ad ligna vbicunque dimittenda, diligenter regenda et adcuranda est. ⁹⁰⁾

§. 39.

Praeter negotiationem lignariam, suprema principis in siluas inspectio iam de modis et arte, quibus lignis parcat, ⁹¹⁾ adhuc praecipuo iure disponit. Quae quidem licet profecto eadem, qua priora, grauitate polleant, tamen, cum eorum pertractatio peculiarem libellum requirere videatur, quaedam modo in vniuersum inde admonita legum patriarum exemplis illustrare, spatii angustia permittit. Atque haec quidem duobus praecipue momentis contineri videntur; primo, vt princeps fabricis et opificiis manuariis, artibus, negotiisque technologicis omnino omnibus, altero vt domesticae rei cuiusuis patrisfamilias, artem lignis parcendi commendet, et consumptioni lignorum in utroque genere iustos limites ponat.

§. 40.

Quod ad fabricas attinet, primo omnes eae, quibus necessario opus non sit, et quae igitur ingenti, qua indigeant, lignorum copia ir-

II. p. 489. *Erled. der Landesgeber. cit. l. c.* et omnino SCHWARZENS *Wörterbuch der chursächs. Gesetze, voce Förstereyen.*

89) cf. de his, quae et Waldhöfe vocantur MOSER *Forstökonomie, Tb. I. p. 273.* IVNG *System der Staatswirthschaft, Tb. I. §. 379.* PFEIFFER *l. c. Tb. I. p. 665.*

90) MOSER *l. c. p. 287. sq.* et de alijs commercii lignarii subsidiis, vt eg. molis ferratoriis, et tabularibus,

viis siluestribus bonis etc. p. 274. nec non GLEDITSCH *l. c. Tb. II. p. 425. sq.* quae omnia supremae in siluas inspectioni curae esse debebunt.

91) Cf. quae de ea habet PFEIFFER *l. c. Tb. II. p. 181. sq. Tb. I. p. 394. sq.* GROTE *Entwurf der Forstwissenschaft (Chemnitz 1765.) p. 52. sq. 131. sq.* vbi index librorum de arte ea conscriptorum reperitur, nec non MOSER *von der Landesb. in Polizeysachen p. 329.*

reparabile, et lucrum ex ipsis percipiendum sexcenties exsuperans
damnum, terrae iufferre possint, plane proscribendae sunt a principe
et exstinguendae. Eae vero quibus carere populus nullo modo possit,
licet sine maxima lignorum consumptione haberi nequeant, utique reti-
nendae et conseruandae sunt; tamen, ne noxa, quam lignis infligant,
vtilitatem, quam praestent, superet, cauendum est ⁹²⁾; itaque partim
in ea loca, quae vel lignis abundant, vel vbi lignorum melior vsus fieri
nequeat fabrili, vt hoc verbo vtar, sunt transferendae et collocandae, ⁹³⁾
partim ut aliam ignis materiam, quae praeter ligna exstet, non
negligant, atque omnino quantum et quibuscunque modis possint,
lignis parcere studeant, ipsis est iniungendum.

§. 41.

Eadem et praecipue posteriora valent etiam de opificiis ma-
nuariis, artibus, negotiisque technologicis, quae ad fabricas referri
bene nequeunt, omnibus ⁹⁴⁾; quae vel ipsa igitur, eatenus, quatenus

92) Ita in Sax. de circumscriben-
da lignorum consumptione, quam offi-
cinae metallicae requirunt, iam dis-
posuit IOH. GEORGS II. *Erneuerte
und verbesserte Blechhammerordnung v.
23. Iuny 1666. P. II. p. 342. f. no. 34.*
item *Befehl IOH. GEORGS III. v. 2.
Marz 1687. P. II. p. 366.* FR. AV-
GVSTS *Resolutionen v. 7. April 1713.
P. II. p. 608.*

93) Cf. IVSTI *System des Finanz-
Wesens p. 244.* GLEDISCH *l. c. Tb.
II. p. 327.*

94) Sic eg. fabri ferrariis et fera-
riis in Sax. praecipunt *Resolutionspunk-*

*te FR. AVGVSTS v. 28 Aug. 1697.
P. II. p. 591 et Generale v. 1755. P. I.
S. p. 1525, vt lithantracibus vtantur, et
Turfa; et Generale v. 2. Aug. 1763.
P. I. f. p. 1535, adeo vetat, ne fabri
et opificibus quibusuis, qui igne ad
opificium tractandum opus habeant,
si turfam et lithantraces habere com-
mode possint, ligna vendantur. Por-
ro Generale de 16. Jul. 1755. P. I. S. p.
1525. f. no. II. fabricas ferrarias
(Schmieden) non necessarias condi-
vetat. Quod ita et rei metallicae, vt
lignis parcat, iniunctum sit in Saxo-
nia testantur *Mandat IOH. GEORGS**

lignorum inopiae perniciosissima caussa dare possint, nec urgente necessitate vtantur, restringenda sunt, et moderanda. Pertinent huc coctio carbonum, ⁹⁵⁾ cineris clauellati praeparatio, ⁹⁶⁾ vt ita dicam, imprimis tota res aedificatoria, si ita eam vocare licet; in qua posteriori prudenter gubernanda, et ne nimis lignorum prodiga sit, prohibenda, praecipua principis cura iam versatur ⁹⁷⁾.

I. die Anweisung der Gruben, Schachten und Bergbölder betreff. v. 14. Dec. 1620. G. II. p. 272. Resolutionspunkte FR. AVGVSTS v. 23. Aug. 1697. P. II. p. 590. f. no. 22. Praecipue etiam molis tabularibus et ferratoriis, vt lignis parcant, praecipieudum erit, de qua re BVRGSDORF. Forsthandbuch, p. 666. tractauit.

95) Sic in Sax. omnis coctio carbonum, quae non a carbonariis iuramento obstrictis, sed a priuatis suscipiatur, vetita est, et in Lusatia superiori Forst u. Holzpatent v. 20 Aug. 1767. Cap. IV. §. 17. vetat, ne carbonum maior copia coquatur, quam qua Lusatia ipsa indigeat. Et omnino de ea re in Sax. disponunt Resolutionspunkte FR. AVGVSTS cit. P. II. p. 588. sq. no. 5. 6. 8. 9. II. 13.

96) Ne haec nimis ligna profundat, eadem ars lignis parcendi praecipit, vt ad cinerem illum conficiendum non mere ligna, sed potissimum cinis, qui in subditorum focus domesticis producatur, ideoque accurate colligendus sit, adhibeatur; de qua re cf. LEONHARDI l. c. p. 275. sq.

97) Sic in Saxonia Forst u. Holzordnung v. 1560. P. II. p. 502. 3. Resolution IOH. GEORGS II. v. 6. Sept. 1675. P. II. p. 573 Generale FR. AVGVSTS die nützliche Bauart mit Wellerwänden betreff. v. 8. Aug. 1786. subditis iniungunt, vt luto, et lapidibus vel saxis, quantum possint, vbique, quo lignis parcantur, vtantur ad aedes exstruendas et reficiendas. Praecipue vero interdictum est aedificiis mere ex lignis, quae beschrotene Häuser vocantur, condendis Generali de 1763. l. c. Eadem fere in Lusatia superiori valent, et quo melius iis obediatur, Ord. Forest, et lign. Lus. de 1767. cap. IV. §. 6. praecipit, vt subditi omnes aedificationes, quas suscipere parent, magistratui et iudicibus ante omnia denuncient. Simile quid et in Saxonia elect. habet Generale v. 23. May 1731. P. I. S. p. 286. Infana porro illa, quam apud veteres inuenimus, viarum publicarum e tabulis ligneis exstructio plane vetita, vti et omni lignorum usu in ea re interdictum est in Lusatia super Forst und Holzpatent v. 1767. Cap. IV. §. 18.

§. 42.

Deinde vero vel ipsis quibusuis patribus familias princeps vi
supremae in siluas inspectionis praecipit, vt in administranda et geren-
da re domestica pro viribus in lignis adhibendis parci esse studeant,
nec vnquam praeter necessitatem ligna nimis cara prodigant.⁹⁸⁾ Ita
quomodo fornaces, vt lignis parcat, sint instruendae; ⁹⁹⁾ porro vt
lithantracibus et turfa, vel in re domestica, vtantur; ¹⁰⁰⁾ denique vt offi-
nas pistorias, furnos torrefactorios aliosque publicos et communes
ruri praesertim, et in locis omnibus frequentioribus, aedificent; ¹⁰¹⁾ alia-

98) MOSER *von der Landesb. in Polizeysachen* p. 329. Sic in Sax. de saepibus cum lignorum compendio condendis disponunt, *Generale v. 1755. P. I. S. p. 1525. f. no. 9. Generale v. 1763. P. I. S. p. 1535.* nec non in Lusatia *Oberl. Forst u. Holzordn. cap. IV. §. 1 - 3.* quae sepes, quas dicunt viuas, vel septa quaeuis e lapidibus vel luto exstrui iubent, tabulina vero (Plancken) plane vetant. Porro *Generale de 1763. l. c. et Ord. Forest. lign. Luf. l. c.* postulant, vt cymbae et aluei (Tröge) non amplius e stirpibus integris, sed e tabulis ligneis, quas Pfoffen dicimus, conficiantur, vel posteriores e saxis excidantur.

99) cf. quae de ea re disponit in Saxonia *Mandatum FR. AVGVSTI v. II. Mai. 1726. P. I. f. p. 531.* et in Lusatia *Ord. Forest. et lign. cit. cap. IV. §. 11 - 16.* qua posteriori adeo subditi de exstruktionē fornacium et furno-

rum nouorum, quam suscipere velint, magistratum certiore facere iubentur. Porro eadem *Ord. Forest. et lign. Lusat. Cap. IV. §. 16.* praecipit, vt modo ligna arida et sicca comburantur; et *Cap. IV. §. 16. Cap. VI. §. 17.* vt cubiculis pauimenti inprimis vsu, a frigoris molestia caueatur; nec non eadem vt, an his omnibus obtemperetur, praecipue vero in fornacium conditio- nem inquiratur ab iis, qui bis quot annis caminos visitandos circumeunt, optime imperat.

100) In Sax. cf. *Resolutionspunkte FR. AVGVSTI v. 28. May. 1732. P. I. S. p. 1511.* quibus legibus haec omnia reuera praeepta sunt.

101) cf. in Sax. *Generale v. 1755. P. I. S. p. 1526. f. no. 17. Generale v. 1763. P. I. S. p. 1535.* in *Lusat. sup. varo Forst u. Holzordnung v. 1767. Cap. IV. §. 18.*

que alius generis multa, ¹⁰²⁾ imperare summo iure poterit. ¹⁰³⁾

§. 43.

Denique cum profecto inaniter egisset princeps; si quidem de administranda re forestali sapientissima quaeque praescripisset, neque tamen, ut omnes, qui cum eadem tractanda rem habeant, ea peritia atque scientia imbuti et praediti esse debeant, qua, quo melius praecipis obedire possint, adiuventur, iussisset; omnino etiam tanquam de capite e prioribus concludendo, iisque annectendo, vi supremæ in silvas inspectionis ipse praecipere debebit de officiis, quibus fungi, praecipue vero de scientiis, quibus ornati esse debeant ministri forestales. Iam vero, ut, an ii, qui muneri forestali alicui capeffendo studeant, ad idem illud bene administrandum idonei sint, eoque digni; in uniuersum, an iis, quae ab ipsis postulantur, satisfaciant, appareat: sapientissime omnes illos, antequam ad munus aliquod admittantur, examini a viris ea in re peritissimis instituendo, subiici iubet. ¹⁰⁴⁾ Neque solummodo de ministris forestalibus a principe ipso constituendis,

¹⁰²⁾ Hoc unum modo hic commemorem, principem optime adhuc praecipere posse, ut ex arboribus turbine deiectis, imprimis vero e lignis caesis ipsis, omnia ea, quae ad varias res in usum rei domesticae, artium, opificiorum etc. inde elaborandas maxime idonea sint, eligantur; itaque ne eadem res dein cum maiore lignorum impendio confici debeant, caueatur; quam regulam propositam videmus in Sax. et Lusatia sup. *Ord. Forest. et lign. de 1560. P. II. p. 492. et Lusatia de 1767. C. I. §. 9.*

¹⁰³⁾ Denique adhuc in Saxonia lignis parci posse videbatur, circum scribendis et restringendis lignis, quae quibusdam personis gratis dari solebant; eg. in Circulo, qui a montibus metalliferis nomen habet, opere metallico occupatis, vel iis, qui nouas sibi sedes constituerent, vel accolerent, quae de re cf. *Resolutionspuncte IOH GEORGS II. v. 6 Sep. 1675. P. II. p. 573—74.*

¹⁰⁴⁾ cf. *BURGSDORF Forstbandbuch, §. 6.*

sed et de his, quos priuati siluarum domini sibi elegere, haec valere debent; ita vt principi nullomodo denegari queat ius, posteriores illos, examine cum ipsis instituto reprobatos, reiiciendi, et ne munus promissum vere adipiscantur, vetandi. ¹⁰⁵⁾

§. 44.

Quae vero sint scientiae, quibus instructi esse debeant ministri forestales, cum, quo minus latius hic exponamus, impediamur; solummodo breuibus ea nominasse, quod sint, totius historiae naturalis, certe patriae, praeprimis vero Botanices, dein physices, technologiae, certe lignariae, denique politiae forestalis sufficiens peritia; in reliquis vero, ad viros doctissimos ea de re plura dicentes prouocasse sufficiat ¹⁰⁶⁾.

§. 45.

Officiorum, quibus iidem ministri forestales fungi debeant, ¹⁰⁷⁾,

¹⁰⁵⁾ STRUBEN *R. B. Tb. V. Bed. 62. p. 137.* Ita profecto videtur esse interpretandum ius ministros forestales quosuis constituendi, quod multi superioritati forestali s. supremae in siluas inspectioni attribuunt. Si enim sub eo iure intelligerent potestatem principis, omnibus quibusuis filuis, priuatis ac publicis, ministros forestales immediate praeponendi, ita vt priuati siluarum domini plane nullum ea in re votum habeant, profecto errarent. Certe iuri communi repugnaret eiusmodi sententia, cum pag. 21. probarimus, ex eo omnino cuius siluae domino priuato licere, custodem

siluae sibi eligere, et constituere; modo idoneus sit, et a principe approbetur.

¹⁰⁶⁾ BÜRGS DORFL. c. §. 1—21. GROTE *Forstwissenschaft p. 93. sq.* et LEONHARDI *Forstwissenschaftl. Briefe p. 313. sq.* vbi in vniuersum multa de ministris forestalibus egregie dicta reperiuntur.

¹⁰⁷⁾ In Saxonia complexum eorum continet AVGVSTS *General-Be-stallung vor die Forstbediente. v. 20. May. 1575 P. II. p. 519—23.* cf. porro SCHWARZENS *Wörterbuch der churfürchf. Gesetze* voce: *Forstbediente.* In vniuersum de iisdem exposuit MOSER *Forstökonomie Tb. II. p. 819.*

cum vel ipsa accurate proponere haud possimus, quatenus ad rem forestalem vere spectant ¹⁰⁸⁾, summa haec est, vt partim ipsi Ordinationibus et legibus forestalibus omnibus modis obedientes se praestent, partim, vt diligentes inuigilent et curent, vt et priuati siluarum domini, iique, quos hi filius suis praefecerint, verbo, omnes omnino subditi iisdem obtemperent ¹⁰⁹⁾. Deinde vero, vel id ipsis summa cum vtilitate iniungi poterit, vt, quae ad emendandam rem forestalem, floremque ei singularem procurandum prodesse putauerint, ¹¹⁰⁾ ad principem referant, eique proponant; nec non, quem euentum et prouentum quaeque ab ipsis suscepta et instituta habeant, quotannis, indicent. ¹¹¹⁾ Quo porro sanctiora ipsis sint haec officia, praecipendum est, vt vtrique, tam principis, quam priuatorum, ministri forestales, examine appro-

108) Solent enim ipsis aliarum quarundam rerum ad forestalem rem non pertinentium, cura et custodia committi, eg. in Sax. mercium vetitae exportationis vel importationis; rei ratiariae etc.

109) In Sax. cf. *Mandatum FR. AVGVSTI* v. 20. Sept. 1702. P. II. p. 600. *Mandatum EIVSD.* v. 10. Nov. 1700. p. 647 — 50. *Mandatum EIVSD.* v. 8. Nov. 1717. P. II. p. 611. Aliis legibus itaque ipsis iniunctum, vt citissime, si quid contra leges forestales susceptum vel patratum fuerit, rem referant ad superiores, cf. *Patent CH. AVGVSTI* v. 26. März 1553. P. II. p. 378. *Mandatum CHRISTIA-*

NI II. d. 16. März 1603. P. II. p. 541. Generale FR. AVGVSTI v. 11. May 1726. P. I. f. p. 529. no. 15.

110) Sic in Saxoniam, quae loco nuda in siluis bene conferi possint etc, indicare iubentur *Mandato de 11. May. 1726. P. I. f. p. 524.*

111) In Saxoniam habemus peculiare *Generale* dass in den jäbrl. Forstverbesserungsberichten zugleich wegen des Fortkommens der in den nächstvorbergebenden 2 Jahren bewerkstelligten Holzsaaten nähere Anzeige zu erstatten, v. 7. Jun. 1785. cf. adhuc *Generale* v. 28. Nov. 1783. et *Gen. v. 21. April 1784.*

bati iureiurando obligentur et obstringantur, ¹¹²⁾ cum iam ad munus ipsum admittantur. ¹¹³⁾

§. 46.

Denique vero restat, ut tam, per quos, et quibus modis princeps efficiat et curet, ut quae praeceperit et instituerit omnia, ad effectum perducantur, quam, quibus supremas in silvas inspectionis exercitium ipsum committat, paucis exponamus. Quod imprimis ministris forestalibus a se constitutis princeps demandet ¹¹⁴⁾ curam et custodiam, ut omnes omnino subditi legum forestalium praeceptis obediant, et satisfaciant, de eo supra iam diximus p. 51; nec, quod iam addamus, habemus. Praecipuam vero et superiorem totius rei forestalis gubernationem et curam, ¹¹⁵⁾ i. e. totius supremas in silvas inspectionis exercitium ipsum commissum esse videmus, vel collegio, praefecturae s. iudi-

112) BVRGSDORF l. c. §. 433. MOSER *Forstökonomie*, Tb. II. p. 782. In Sax. ipsi ad Constitutionem de bonis creditis, de 26. Sept. 1705. obligandi sunt, ex *Mandato XAVERII* de 12. Dec. 1767. P. I. S. p. 416.

113) Quo vero lubentiores, minusque gnavi, iisdem officiis suis satisfaciant, stipendio, quod ad vitam non trahendam, sed certe ducendam sufficiat, eoque certo et stabili sunt mandandi. Summo iure enim vel hic ab omnibus reprobantur redditus illi incerti, quos accidentes vocant, quoniam saepissime, ut iniuria et per nefas certos eos facere studeant, homines in-

citant; unde et in Saxonia ipsi displicere videntur, uti docet *Generale*. FR. AVGVSTI d. 2. Aug. 1763. P. I. S. p. 1334 et 35.

114) Et omnino summo iure hoc faciet, quoniam vi superioritatis territorialis, omnia instituere ei licet, quae ad salutem reipublicae curandam pertineant.

115) Forsan ad florem rei forestalis adcurandum maxime valeret, si praemiis promittendis excitarentur subditi, ad silvas optime administrandas et colendas, cogitandumque de emendanda re forestali.

cio forestali peculiari; ¹¹⁶⁾ vel vbi ea desint, regimini ipsi summo, seu camerae. ¹¹⁷⁾ Quae omnia ergo in diuersis terris, diuersa ratione explicantur. Eodem modo a conditione et statu cuiusuis terrae pendet, an ministri forestales, pro illa cura, quam quoad siluarum priuarum administrationem exercent, ex ipsis illis commoda aliqua percipiant. ¹¹⁸⁾ Ipso iure quidem non habent, quod ea postulent; vti ex reg. i. e. e iuris communis principiis nec principi ipsi ius competit, ¹¹⁹⁾ pro supremae in siluas illius inspectionis exercitio honorarium quasi aliquod a subditis exigendi, seu ob idem nouo tributo eos onerandi.

Haec vero sunt, quae de suprema principis in siluas inspectione dicenda habuimus.

¹¹⁶⁾ cf. MOSER *von der Landesb
in Anf. Erde u. Wassers*, p. 74.
PIETSCH *Forst u. Jagdrecht*, §. II.

¹¹⁷⁾ In Sax. sic Collegio intimo re-
ditus principis curanti, demandata
est, vti docet LEONHARDI *Geo-
graphie von Sachsen*, Tbeil, I. p. III.

¹¹⁸⁾

¹¹⁸⁾ MOSER *l. c.* p. 71.

¹¹⁹⁾ MOSER *Gedanken über die
Gränzen der landesberrlichen Rechte etc.*
cit. im Forstarchiv, Tb. 8. p. 142. vbi
et sententiis iudicii cameralis imperii
haec confirmata reperiuntur. Neque
tamen in quibusdam terris contrari-
um obtinere posse, negari potest.

V I R O

PRAENOBILISSIMO ATQVE HUMANISSIMO
FRIDERICO BENEDICTO WEBERO

S. D. P.

D. CHRISTIANVS GOTTLOB BIENERVS.

Cum scribendi edendique libelli, quem me comite publice et solemniter more academico ad disceptandum proponeres, mihi communicares consilium et simul TE non iuri solum operam dedisse, sed in scientias etiam, quas vocant camerales, incubuisse, eaque de caussa argumentum utriusque generi adcommodatam praeoptares pariterque TE in re forestali lubenter elaboraturum constitueres; eo lubentius consiliis TVIS studiisque annuendum censui, quo utilius et ad studium iurisprudentiae aptius, praesertim in iis, qui in re publica capeffenda muneribusque administrandis aliquando cum fructu versari cupiunt, semper existimaui, utrumque scientiarum genus iungi. Itaque in certum aliquem locum dirigenda erat diligentia TVA, neque quam TIBI colendam sumfisti materiam a studiis TVIS aut a temporibus nostris ciuitatibusque aliena visa fuit. Elaborasti igitur libellum medio reliquorum studiorum cursu horis quasi subscesuis, itaque elaborasti, ut omnino et nobis et, quod auguror, virorum doctorum expectationi faceres satis, specimenque exhiberes, quo et ingenium et diligentiam studiorumque TVORVM bene dispositorum rationes comprobares. Quamobrem libello a TE mihi oblato et perlecto nihil adden-

dum detrahendumue putavi, vt qualis erat, maneret nimirum
TVVS. Quae enim colloquendo executus sum, tanti non sunt,
vt commemorentur. Gratulor igitur TIBI hoc specimen spe cer-
tissima fretus hanc diligentiam, hosce labores TIBI aliquando et
patriae profuturos, gratulor etiam parentibus TVIS inprimis
Patri, Viro integerrimo mihiq̄ amico, nouam hanc laetandi
occasionem. Fac quoque VIR AMICISSIME! vt laus scribendo
parta, eo quod scripsisti gnauiter defendendo, id quod spero, imo
confido, augeatur; ego certe magna cum voluptate in hanc con-
tentionis literariae concessi societatem. Prouidentia diuina prae-
miis diligentia virtuteque TVA dignis TE mactet, Patrem TIBI
totique genti TVAE diutissime conseruet, erga me autem et TV et
Pater TVVS eodem quaeso fitis animo, quo adhuc fuistis, per-
suasi me in TE amando, in Patre TVO colendo nulli vnquam
cessurum.

Scripsi in Studio Lipsiensi pridie Iduum Februar.
CICCCCLXXXVI.

Corrigenda.

Pag. 10 lin. 16. lege quam pro quum.

p. 13. l. 2. l. verentur — vereantur.

p. 13. l. 22. l. administrationi — administratione.

p. 15. l. 13. l. est — sit.

p. 16. l. 20. l. tradebat — tradebant.

p. 19. nota 24. l. 2. lege ipsis — ipsos.

p. 21. l. 13. l. quam — quam.

p. 24. l. 8. l. posse, — posse.

p. 31. l. 4. l. negauerit — nequinerit.

p. 31. l. 11. l. non poterit non — non poterit.

p. 31. nota 48. l. 5. l. quae — duae.

p. 46. l. 8. l. fabrili — fabrili.

p. 48. l. 7. l. communes, — comunes.

Coll. diss. A

149, 2